


Dissertatione Theologica, Sphodra Christianizontas, Havd Raro Hyperbolikus

Vitembergae: Litteris Tzschiedrichianis, [1740?]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn875107109>

Druck Freier  Zugang





F 92 a. B.
48. b. d.

Fa 1092 (r.)

2.

20.

3.

21.

19.

4.

18.

5.

6.

17.

7.

8.


9.

10.

11.

12.

13.



2.

20.

3.

21.

19.

4.

18.

5.

6.

17.

7.


8.

9.

10.

11.

12.



2.

20.

3.

21.

19.

4.

18.

5.

17.

6.

7.

16.

8.

15.

9.

10.

14.

13.

12.

DISSERTATIONE THEOLOGICA,
 Σ Φ Ο Δ Ρ Α
 ΧΡΙΣΤΙΑΝΙΖΟΝΤΑΣ,
 HAUD RARO
 ΥΠΕΡΒΟΛΙΚΟΥΣ,

PRÆSIDE
 CHRISTOPH. HENRICO
 ZEIBICHIO,

S. THEOL. DOCT. ET PROF. PVBL. AD OO. SS.
 PRAEPOS. ET SENATVS ECCL. ASSESSORE,
 H. T. ACADEMIAE RECTORE SVIQVE
 ORDINIS DECANO,

H. L. Q. C.

IN AVDITORIO MAIORI

D. NOVEMBR. cIo Idcc XL.

PVBLICE SISTET

RESPONDENS,
 IOANNES MICHAEL KOEPPELIVS,
 SALISBVRGENSIS,
 DIVINIORVM LITERARVM CVLTOR.

VITEMBERGAE,
 LITTERIS TZSCHIEDRICHIANIS.

20.


21.

19.

18.

17.

16.



2.

20.

21.

19.

18.

17.

16.



Q. B. V.

I.



aud raro excedunt, qui nimium Christianos se exhibere, atque vel sic, variis intenti, ac sibi nimium dantes, super alios eminere uolunt, quibus, uti dicunt, NIMIVM omnino uertitur saepe in uirium; *Etsi enim, iudice TVL- LIO, suus cuique modus est: tamen magis offendit NIMIVM, quam PARVM, Orator. nr. 73. 00. P.I. p. 180. Lambin. 1608. Σφόδρα χρι- σιανίζοντες, ap. ZOSIMVM, paganum homi-*

περβολὰ δανιὺν quo- que circa Christianis- mum,

nem, succurrunt, quos ille uocat, qui septem millia Barbarorum, Eccle- fiam, Asylum, occupantes, deiecit per tectum accensis lignis, exuri uoluerant; *Ἐδοξε δὲ παρὰ τοῖς σφόδρα χριστιανίζουσι, μέγα μῦθος ἐν μέσῃ τειροληΐσθαι τῆ πόλει, sed uisum est iis, LEVNCLAVIVS interpretatur, qui VALDE CHRISTIANISABANT, magnum in urbe media piaculum esse commissum, Histor. Nou. L. V. c. XIX. p. 555. Dan- tur scilicet omnino etiam Excessus circa Christianismum et pietatem, quum officii ratio quandoque ad minimum restringitur penam, ubi facillimus, uel excessus, uel defectus est; non, quod ipsa per se pietas mo- dum rationemque excedat, sed, quod illi, qui pietatem sectantur, non raro ultra mensuram recti prouebantur, secundum SONTAGIVM, de Excessib. in Piet. Stud. Ep. ad Resp. Epiphaniū quoque, τὸ ἐπ' εὐλαβεία περι- βεήτης, nimia,*

de quo, ex parte, Zosi- mus. Aliis memoratur

ὑπερβάλλουσα εὐλάβεια ἐς βεήτης, nimia,

A

ροήτης, Episcopi Cypri, eiusque, in summa morum simplicitate, *Theo-*
pbili litteris inducti, ὑπερβάλλουσαν εὐλάβειαν nouimus, ap. SOCRATEM,
 Lib. VI. H. E. c. X. p. 315. seq. Atque de NIMIAE quoque PIETATIS
 rea, *Seruilia*, quod, ex charitate erga Parentem et eius incolumitatem,
 pecuniam Magis fuerat dilargita, TACITVM loqui, *L. Annal.*
XVI. c. 32. nemo nescit; Prudentiorum certe, Politicorum quoque, sen-
 tentia est: *In rebus etiam simpliciter OPTIMIS, MODVS ser-*
uandus est. Namque mediocritas ipsa quodammodo, est summitas, REINHARD.
Theatr. Prud. El. ad Lips. L. I. c. 3. p. 223. Ad Gentilis, *Cecali*
Calestionis, sepulcralem inscriptionem, quam *Sutetiae*, uxori, Christianae
 haud dubie, Lugduni Galliarum, in horto PP. misericordiae, po-
 suit, qua, ex NIMIVM PIA, factam fuisse IMPIAM (impie namque
 sic existimauit) dum uel pro Atheis Christianos habebant Pagani,
 non prouocabo. Nec NIMIS PIAM, cum *Salmerone*, eorum dicam
 locutionem, qua putant, *Mariam* ipsam, si alius abfuisset, carnificem
 Christi fuisse acturam; dum uera pietas non incertis, sed, ne ex-
 cedat, uerbo nititur. ἀκριβῶς item χριστιανίζοντες, absit, ut nobis abso-
 lute reiiciantur; quando tamen *Siluanus*, apud SOCRATEM, ut ἀκρι-
 βῶς χριστιανίζεν ἐσπεδακῶς, καὶ τὸν ἀσκητικὸν βίον ἀσκήων, ut mona-
 sticum uiuendi genus consecratus, describitur, *L. VII. H. E. c. 37. p. 387.*
 nec illud ἀκριβῶς per omnia placet. ζυγὸν modo μὴ ὑπερβαίνειν,
 stateram non transilire, secundum Pythagoreum illud, suademus, ne
 excedentia uere, quae *le surplus* Gallis dicuntur, hinc enascantur, uid.
 GYRALDVS, in *Pyth. Symb. Interpret. OO. T. II. col. 647.* et DV
 FRESNE, *Gloss. Med. et Infim. Latin. T. II. col. 302.* Hoc depre-
 hendimus, NIMIVM circa pietatem, uel Ethnicos obseruasse quan-
 doque, ut *Lausi* increpet PIETATEM FALLACEM iam tum VIR-
 GILIUS:

Quo, moriture, ruis? maioraque uiribus audes?

FALLIT te incautum PIETAS TVA.

X. Aeneid. v. 812. seq. Quo minus EXUBERANTEM plane CATH.
 GENVENSIS et GVIONIAE mirabimur PIETATEM, qua-
 rum illa miseratione abundabat, ut nec animal occidi, nec arborem
 succidi, absque συμπαθεία, videret; demeretur namque illis essentia
 a Crea-

ἀκριβῶς χρι-
στιανίζειν, imo

fallax, abun-
dans, uiolen-
ta Pietas, nec
mor

20.

21.

19.

22.

18.

17.

16.

a Creatore data : Haec uero, *GVIONIA*, per les communications interieurs en silence, adeo agebat *NIMIVM*, ut, prae gratiae abundantia, crepitura alioquin media, fibulatorium, quo foeminae se constringere et uincire solent, laxare, quandoque subito fuerit coacta, assidentibus tamen sibi, gratiam dederit, qua ipsa non eguisset, utpote, nec pro se, aliquid a Deo petens. Vid. *CATH. GENVENSIS Liebes-Weg*, p. 48. in Vita Eius, *ibid.* et *G. A. Vorber. zu ezlichen Tractaetlein aus der geheimen Gottes-Gelahrheit*, p. 16. 17. Has quivis haud dubie σφόδρα χριστιανίζοντας dicet, *VIOLENTIS Lutheri SANCTIS* accendendas, qualem et se quondam, in ieiuniis, uigiliis, Missis, duris lecti- sterniis, fuisse, ait, *ARTIC. SMALCALD. P. III. p. 325.* ἀκρῶς εὔσεβῆναι, *HERMETI TRISMEGISTO* inprimis allatum : χωρὶς Φιλοσοφίας, ἀκρῶς εὔσεβῆναι ἀδύνατον εἶναι, sine Philosophia (egregium uerae pietatis solidioris medium!) *SVMME PIVM ESSE*, impossibile, haud dubie ex Gentilium superstitione, etiam huc tendit, apud *PREIBISIVM*, in *Colleg. Phys. ab init. A. 1621.* *EXCELLENTER* quippe multi *CHRISTIANI*, uti *EXCELLENTER REFORMATI*, *Caluini* amici et affectae, esse uolunt, quod *Hadrianus de Sorania* uel ipse suis obiecit ; ubi et *HELENA*, Imperatoria Mater, ceu σφόδρα quandoque χριστιανίζουσα, huc, ex parte, quod de superstitione infra recurret, spectat, eminens quippe, inter τὰς τῆς χριστῆς φρονήντας ; immo, εὔσεβῶς διανύσασα τὴν ζωὴν, quae, δι' ὁνείρων χρηματιδεῖσα, revelationes, cum *Macario*, Episcopo, habuit, et, non sine miraculo, Christi crucem inuenisse, dicitur, *SOCRAT. H. E. L. I. c. XVII. p. 46. seqq.* Conf. *S. R. CYPRIANI Vnterr. von Kirch. Vereinig. Cap. VI. §. 4. p. 126. seq. it. 141.* Aut, quando alii, secundum *CONSTITVTIONES APOSTOL.* a fratre, qui maleficium commiserat, et damnato ad mortem, digredi iuebantur *Christiani*, ne infamiam suis adspargant, ὡς πάντων χριστιανῶν χαρπόντων ἐπὶ τοῖς παρανόμοις ἔργοις, quasi omnes *Christiani* flagitiosis actionibus delectentur, *Lib. V. c. II. COELETERRI Patr. Apostol. Vol. I. p. 305.* Mirum haud foret, si, quae apud *Statium* legitur, et, de qua mire ambigunt, *Pietatem* quidam statuerent iniustam :

ἀκρῶς εὔσεβῆναι,

iniusta Pietas.

Nec PIETAS INIVSTA dedit,

A 2

Lib.



*Lib. III. Silu. III. Iocum esse difficilem, in quo haeserit, ipse fate-
tur I. F. GRONOVIVS, in Diatribe ad Statii Silu. p. 337. Diuidant
alii, in iusta, uel in busta; Alii sic explicent: Pietas mihi maior et
potentior inest, qui senem doleo, ceu adolescentem, ante diem extinctum:
C. BARTH I Animadu. in Statii Lib. V. Silu. 3. p. 470 Nos ea nunc
non mouent, quibus sufficit, circa pietatem excedentes, iniustam qua-
si colere pietatem, asseruisse, Conf. Dn. CLAVSWIZI Diss. de Ni-
mio Iustitiae etc. ad Cohel. VII, 16. 17. p. 19. seqq.*

II.

*Χριστιανίζειν
sensibile non
uolumus,*

Tὸ χριστιανίζειν uero nunc nobis etiam, ne ad ὑπερβολικὰ deuenia-
mus, pensari debet. Sensibile per omnia illud, cum iis, qui experi-
entiae ad fidem et salutem necessariae, in Christianismo primas de-
ferre solent, non requirimus, utpote de quo sensu Christus, modum
saluandi ordinarium exponens, Marc. XVI, 16. filet, nec Abraham, cum
Dauidē, alique, licet ἐσπίστοι, de sensu eiusmodi gloriari queunt. Ille,
supra spem, in spe credit; Rom. IV, 18. Iste, abscondita Dei facie, cla-
mat, et, cum sibi excisus uideretur, tamen exauditur; Imo, desertus et ignomi-
niae traditus, feruide tamen supplicat Deo; Pl. XXX. 8. XXXI. 23 XLIV.
10. 24. Hi denique, cum Ezechiele, Petro, Lunatico, ex effatu Christi, sensua-
lia, dum credant, omnia remouent, Ez. XXXVII. 3. Luc. V, 4. 5. Marc. IX,
24. Io. XX, 29 Quae, quaelo, ἀσολογισία foret inter eos, qui scriptu-
ram tamen pro principio Theologiae habere debent: Cognitio Theolo-
gica procedit a sensu (experientia, non a verbo) ad intellectum; Ex-
perientia supponit praxin; Sequetur ergo, nondum intellectam Scri-
pturam, praxin et experientiam rerum diuinarum afferre debere, quae B.
WOLFIO ἀσύστατα merito uidebantur, Absurd. Hal. p. 53. seq. Nimium
excedant hic recentiores quoque nonnulli; Diductis labiis, mandentium
sonos imitatur ecstasica quasi Schuchartia, ut male sapiat ipsi postea
uictus naturalis, FEVSTKING. Gynaec. p. 542. 548. Alii: Quod
non cadat in sensus, Veritatis criterio destitui, Obseru. Sel. Hal. P. V. p. 56.
Religionem in solo gustu rerum diuinarum consistere, ibid. Obseru. IX.
§. 18. Putrescieri (verwefsen) corpore, anima et spiritu, Matth. WEYERI iam
tūm

20.

21.

19.

18.

17.

16.

tum infania erat, *Vnterricht von Articuln, P. II. p. 367.* Suis inspiratis uere, uti putat, *motitationem, angustias, uelut manu percussi pectoris, sulphureum item ascendentem odorem etc.* tribuit CONSORS ille LVCIS, *Auctor der wahren und falschen Inspiration, A. 1716. p. 39. seq.* Praegustum hi intellectualem commiscet misere, cum sensuali, illudque: *nil est in intellectu, quod non prius fuerit etc.* quod *Arbeorum Principium GVIL.* dicitur SCHERLOCKIO, *Proleg. de Felicit. et Aeterna Poena, Argum.* 2. ad innata quoque trahunt, reflexionis obliuiscuntur, atque ideas de spiritualibus, moralibus, ne de mysticis dicam, plane tollunt, quod, contra Lockium inprimis, S. R. LOESCHERS, *in Praenot. p. 114. 140.* pluribus disputat. Absit hoc excedentium *χριστιανίζεν*, uti et illud, quod, sine sensu quasi prorsus, e contrario, Christianos intendit, cum *Weigelio* ingeminantes, *O! moechte ich ein Klotz seyn eine halbe Stunde, ich würde ein Prophet und Apostel.* *Postill. P. I. p. 229.* Vel, cum *Matth. WEYERO*, *ich weis nicht von meinem Verstand, ob ich Verstand habe, oder nicht, ich bin wie ein Bloch, und habe nichts würckliches an mir, l. c. p. 367. 343.* Absit eiusmodi *ἀναίδησία*, qua, cum *Stoicis*, saepe *πολυπλάνης ατοι* et superciliosi corpus, ceu *δηριῶδες*, bestiale et fordidum, et hominem tamen, ex Deo particulam diuinae aerae, in quo *Spiritus*, distinctus ab anima, detur, eundemque *ἐν ἀπαθεία καὶ ἀναμαρτησία*, somniant, *Conf. B. NEVMANNI Christianismus Stoic. Redimiu. p. 10. 29. 31. 34. 40. seqq.* Nobis uerum *χριστιανίζεν* castius custoditur, quibus *Christianismus*, *complexe*, et in sensu *consuetudinario* sumtus, a *Regeneratione* incipit, et in *Sanctificatione* terminatur, *Tit. III, 5. 6. 1. Io. III, 23. Io XV, 4. 5. Rom. II, 1.* ex *AVGVSTINI* regula: *Christianismus in FIDE inchoatur, in SPE et CHARITATE geritur, Epist. CXIX.* Idque ex duplici fidei *ἐνεργεία*; altera *immediata*, *formali*, et *primaria*, ad *Christum apprehendendum*, *iustificationem* et *salutem*, qua *Christianus fit*: Altera *mediata*, *effectiua*, per *charitatem* operosa et *secundaria*, qua *Christianus manifestatur.* Huc *ἀληθείαι* illud *Paulinum ἐν ἀγάπῃ*, *Ephel. IV, 15.* spectat, ut nostrum scilicet *χριστιανίζεν* rite describatur, quod *HVNNO* est 1) *in agnitione ueritatis*, nec non 2) *in charitate*, quae sit *ALTERA CHRISTIANISMI PARS*, *adolescere*, quocum *CALOVIVS*

nec tamen ἀναίδησίαν in Christianismo requirimus.

qui, complexe sumtus, dno infert;



Abfit enim
Christianis-
mus, non-
Christianus.

Nostrum Χρι-
στιανισμὸν
νὴν
λαμ, sine veri-
tate, pietatem
infert.

quoque sentit, *Bibl. Illustr. ad Eph. IV, 15. p. 707. a.* Quod item non aliter B. ARNDIO uisum, duabus partibus, inquiringi, constat *VERVS CHRISTIANISMVS*, 1) puritate doctrinae, 2) pietate uitae, Epist. ad Augustum, *Ducem Brunsvv. d. XX. Ian. 1621.* Nullo nobis in pretio *Christianismus non - Christianus est*, quem, Auctore Domino de SCHVZ, A. 1715. Sinensis quispiam, *Pauang*, ex Europa, ad *Macuenlung*, amicum in Sina, memorat, Vid. *HAELLISCHE BIBLIOTH. Pars LIV. p. 260. seqq.* Abfit miserabile illud, si fuit, *Thomae Linacri Seculum*, de quo, moriturus, et, ex *Matthaeo*, nunc demum legens montanam Christi concionem, iurans simul, dixit: *Aut hoc uerum Euangelium non est, aut nos CHRISTIANI non sumus*; quemadmodum etiam de *Bourignon* quinquenni, refertur, eam, in *Brabantiam* delatam, subinde quaesuisse ex propinquis: *quandonam in Prouinciam, ubi ueri CHRISTIANI habitent, sint profecturi?* Dn. CYPRIANI SITTEN-LEHRE, 1733. Praef. a. 5. a. b. licet, cum Dn. D. PFAFFIO, *Theologiam moralem, ad bene PONENDVM in Theologia FVNDAMENTVM*, nec referamus, nec eam, pro *PRIMARIA OMNINO Theologiae dogmaticae PARTE, ANTE OMNIA curate pertractanda*; aut, uti alibi docet, *Veritates practicas, pro ANTE OMNIA sollicitè urgendis*, habeamus, *Primit. Tubing. P. I. p. 22. et P. II. p. 109. seq.* Quemadmodum et porro: *Sequestrata nuda theoria, praxi VEL MAXIME inhiare, articulosque quosuis, QVO MAGIS AD PRAXIN VERGVNT - - - eo FVNDAMENTALIORES statuere, uel etiam auctores scholasticas REIICERE, pro mediis, haeretificinam, quam uocat, depellendi, habere non possimus, Institut. Theol. Dogm. et Mor. Sect. I. p. 625.* Nostrum Χριστιανισμὸν sine Pietatem, sine Veritate, minime ponit, alias enim et inter *Gentiles* statuendus *Christianismus* foret, cum *TOLANDO*, in *NAZARENNO*, cui uel *Turcae* pro *Christianismi Secta*, eaque, uel ideo toleranda, habentur. Priorem itaque et nobiliorem, prae *Pietate*, sibi locum *ueritas* uendicat et pura doctrina Religionis. Fidei et salutis *mediorum fundamentum*, uel, de horum omnium *essentia*, quam dixi, *Pietas*, non est; *Articulum fidei* ea non constituit; in salutis media

media non *insuit*; uerae Ecclesiae nota non est, nec formam institutionibus diuinis largitur, aut B. O. Pars *Christianismi, stricte dicti*, in sensu scilicet incompleto, Etymologico, sunt, quod A. 1718. inprimis, inter *Gebhardum* et *Wirffellium*, disputatum est: et tamen incauti quidam, ore, nunc minime rotundo, ratione antecedentium omnium, ita quandoque loquuntur.

III.

Σφόδρα *χειριανίζω* non prohibemus, modo *υπερβολικῶν* semper abesset intemperies, utpote qui, non pietate (non enim, uel iuxta PLINIUM, *periculum est, ne sit NIMIUM, quod esse MAXIMUM debet*, Lib. VIII. Epist. XXIV.) saepe tamen CIRCA pietatem eiusque studium, excedere queunt, uti et *superfluitus* cultus superstitioni tribuitur, non, quasi uerus Deus uero cultu nimium honorari possit, sed quia cultus *superfluo* quodam VITIATUR, ex solida B. ROEHRENSEI interpretatione, qui postea inter *excessum quantitatis*, quem merito negat, et *secundum quantitatis proportionem*, distinguit, *Prudent. Moral. P. IV. Class. I. p. 566. 530.* Σφόδρα *χειριανίζω* itaque, sine ulteriori addito, commendamus, esse namque *ἴσχυρ* in mandatis Dei et delectari decet, Pl. CXII. 1. licet *sanctam* ideo *insaniam* omnibus, cum NITSCHIO, *apprecari nollem*, in *Mysia* *feruid.* p. 157. Zelo res agitur quandoque, et bona est intentio; cautio uero abest et prudentia, ueritatis et charitatis neglectus; a tramite itaque excessus et aberrationes dantur uariae. Feruent quandoque; aut nimium. Pietatem sectantur; fido uero saepius conatu, modo, haud legitimo, mediisque plane non licitis, seductorum artibus decepti. Vel Christi discipulos occupare eiusmodi excessus queunt, ut *supereiliosus Petrus*, *promissor*, sub fidei larua, misere cadat, Matth. XXVI. 33. 58. 69. seqq. *Ioannes* uero et *Iacobus* irae aestum, sub zeli conuenientis praetextu, condant, correctione Seruatoris serua commoneandi et redarguendi, Luc IX, 54. seqq. Magnis haec imposuere ingenis, ut *Hermogenis* et *Hymenaei*, *Tatiani*, *Origenis*, *Arii*, *Eusebii*, *Nicomediensis*, *Nestorii*, *Pelagii*, *Melancthonis*, *Flacii*, ne plu-

Valde Christianum esse non prohibemus;

Sed excessus et aberrationes notamus;

magnorum etiam quoadque ingeniorum.

20.

21.

19.

18.

17.

16.

ra dicam, recordemur; Alios, ex peruerso pietatis studio, itidem hic lapsos, Tertulliani excitatus exemplo, Venerandus, post fata etiam, D. Io. Ioach. ZENTGRAFIVS, de lapsu Tertull. ad Montanist. solide recensuit. Bene hos, peruerse σφόδρα χριστιανίζοντων, mores LVTHERVS iam tum obseruabat; Ich mercke wohl, der Teuffel sucht nur Ursache, dass man von uns Menschen, wie FROMM und BOESE wir sind, schreiben und lesen solle, damit der HAVPT-SACHEN CHRISTI geschwiegen, und den Leuten das Maul mit neuen Zeitungen aufgesperret werde, T. III. Ien. f. 105. a. Summa itaque requirunt Mystici, videlicet, den eusersten Grad der Ertoedtung und Enthaltung etc. Ἐπὲς illud Mysticum, übergut, überschoen, auff- und überschwingen in Gott, Göttliches Erkennen, durch eine wirkliche und brünstige Liebe, in einer KLAREN DVNCKELHEIT, bey MITTELBARER und gewisser ENTZVCKENDER Vereinigung, mit dem göttlichen Wesen, it. das Eindringen in den Geliebten und Empfinden, aufer Bildlichkeit und Vernunft, durch Vereinigung der brünstigen Liebe, was mit dem Verstande nicht zu fassen, etc. ARNOLD. Histor. und Beschreib. der Mystisch. Theolog. c. IV. §. 4. p. 51. c. 5. §. 5. p. 83. 88. THOM. a IESV, de Contempl. L. V. et L. II. p. 80.

IV.

*Nos pietati
nihil uolumus
detractum,*

*quod nec No-
stri faciunt.*

Pietati, quod iterum iterumque ingeminamus, non auersamur, dum σφόδρα χριστιανίζοντων ὑπερβολικά notamus, quod alibi, tum contra Io. Krausum, tum in Vesperis nostris Eusebianis, publicis quippe Lectionibus, fusius declarauimus, Vid. Aufsehen G. auff's Luth. Zion, cap. XV. p. 720. seqq. et, ex instituto, hic conf. P. ROEBERVS, de Vitae Euangelic. Emendat. summe necess. Quaest. II. et III. p. 18. seqq. 26. seqq. Sint, qui, dum excessus in pietatis studio reprehendi, audiunt, Apologiam suae impenitentiae scribi, putent: Nobis alia mens fedet, quibus nec SANCTITATIS NOMEN SVSPECTVM est, nec imbecillitatum humanarum nomine, speciose pessimis moribus admittimur, ne sectario, quod bodie grassatur, malo tituloque, collutulemur, ut cum B. FECHTIO loquamur, in Philocal. Thes. Moral. §. 16. p. 120. Vrge.

Vrgemus opera, quae, de sola fide doctrina, minime remouet, in ordine salutis, maxime necessaria saluando, fidei scilicet fructus, iustificationi, nullis artibus, immiscendos. Zelum pro Operibus audiamus LVTHERI: Bey unser etlichen, ist auch der siebensfaeltige Teuffel in sie gefahren, und hat sie aerger gemacht, denn sie im Pabstthume gewesen. - Dort mussten sie Lügen hoeren, und gross Geld zugeben, damit sie gewiss in die Hoelle fahren moechten: Ietzt, nun sie die reine Wahrheit und alles umsonst haben, und nichts dazu geben, wollen sie auch ungestraft seyn, und den Pfarrherrn und Prediger mit sich zum Teuffel haben, Praef. Part. aestiu. Postill. Eccles. f. 462. Pulcra nomina, non rei semper etiam pulcrae, sunt notamina; Fucata Weigelii, Schwenkfeldii, et similibus, pietatem nolimus, qui Deum Aduerbiorum Remuneratorem, Tit. II, 12. pie credimus. Si qui, cum Gerhardo, Keslero, Mengerlingio, Maysarto, Gisenio, Glasio, Sauberto, H. Mullero, Lütkemanno etc. de uere piis, in suspicionem tamen adductis, conquesti sunt, quod Dnn. Giesenses, contra Rostochiensis, denuo urgent; praecipitata 1) quorundam iudicia, quae Ecclesiae non sunt, non probamus. 2) Maiori adhibita cautione, in modis loquendi, euitari haec potuissent, aut 3) monitione facta, saltem destinata defensio sequi non debuisset, quae S. SCHMIDIVS, in der Lutherischen Froemigkeit, Bernh. BLVMI Sanctitas Eccl. Rom. Cathol. et Dissert. sub TREVERO, Helmst. habita, de Imposturis, Sanctitatis titulo factis, pluribus tractant. Vel ipse hic STANISL. HOSIUS loquitur: Per uerba legis (Satan) legem impugnat -- Sciens enim impietas, multum auctoritatem ualere, fallaciam, sub eius nomine, componit, ut, quia res mala per semetipsam, acceptabilis esse non potest, BONO NOMINIS commendetur, Confess. Fid. Cathol. Christian. Dedic. * 2. b. - Egerint inique hic nonnulli et citra causam, peculiari nomine notauerint innocentes; nos iis nunquam adstipulamur, qui uiris quibusdam orthodoxis et prudentibus, quod pietatis amplificandae prae ceteris adiutores essent, propter τὸ ἀπιστῶς χριστιανισμῶν etc. uitaeque plebis increpita, Pietistarum nomen per calumniam tributum esse, aequae, cum COMPENDIO H. E. GOTHAN. L. III. c. III. §. V. p. 38. indignamur, iis tamen simul, quae statim sequuntur ibidem, etiam religiose subscribimus.

B

Δαός

20.

21.

19.

18.

17.

16.

Ααός περιόσιος, Tit. II, 14. excellens et abundans, ἐξαιρέτῳ, et qui aliis praestet; Ὁ ἔγνητος, ὁ ὑπερέχων τῆ ἀλλε λαῶ, qui populum alium antecellat, secundum Eudemum, ἐξαιρεγμένος, εἰδὲν ἔχων κοινόν πρὸς τὰς λοιπὰς, secundum Chrysostomum, nobis adhuc in pretio est, uid. SVICERI Thes. T. II. col. 678. B. WOLFI Curae ad Tit. II. 14. et qui huc omnino referenda, de sancta etiam Sanctorum singularitate, singularia notavi, HORNBECKIVS, Theol. Pract. T. II. cap. XI. p. 134. seqq. Promouendae uerae pietati inferuiunt, quae Nouatorum erroribus et excessibus circa Pietatem, ingenui haftenus opposuere Theologi; illorum uero molimina, fundamenti potissimum negligentiora, pietati saepissime obstant, de quo, peculiari agere tractatu, promissum legimus, NOV ANTIQ. 1710. p. 738. seq. Fortunata iudicamus tempora, ubi dicere licebat: Da mihi uirum iracundum etc. et placidum, quam ouem; cupidum, auarum, etc. et liberalem; timidum, et cruces, ignes, Phalaridis taurum contemnentem etc. reddam: uno enim lauacro malitia omnis abolebitur, LACTANT. L. III. de Fals. Sap. c. XXVI. p. 234. seq. Theologus quoque impius, licet uoluntatem domini sciens, uerus quidem Theologus, uera quoque eius notitia est; Verum CHRISTIANISMVM quoque habet, nec tamen uerus CHRISTIANVS, et qualis requiritur, est. Ille, uerus quidem Ecclesiae Doctor, uerbumque efficax efficaciter docens; non uero, ob scandala, tolerandus est, FECHTL Notit. Christi, cum Obseru. Mandat. §. XXII. p. 34. seqq. Μὴ σπένδεν θεοῖς ἐξ ἀμπέλων ἀτιμήτων, ex imputatis uitis non libare Diis, h. e. purgatas Deo consecrare actiones, uel gentilium, ex Pythagora, monitum erat; GYRALDI OO. T. II. col. 667. Et Christiani seigniores forent? Stabilire, post iacta ueritatis fundamenta, etiam pietatem, Lutheri in sacrorum emendatione, scopus erat, hinc impio imminebat Tezelio, per puriorem fidei doctrinam, uere pia fundabat, Catechismum, horum omnium testem, edebat, trium Statuum emendationem omni modo promouebat, suo cum Augustino, bene existimans, recte uiui non posse, ni bene antea credatur, in quo, uel testem, hostem alias iuratum, Laur. Suri-um, nactus est. Vid. ELSWIGI Bild und Verberschrift rechtshaffener Lutheraner, 1717. p. 72. seqq. Vel ipsa Pietate Ecclesiae nocere, infandum

Pietatem stabilire, Lutheri quoque scopus erat;

dum renouat haud dubie dolorem; PETRO BLESENSI existimante, res magni discriminis est, ignominiam seculi, sub religionis habitu, circumferre, impietatem, sub PIETATIS VMBRACULO, et Antichristum, sub Christi uestibus occultare, quod est σφόδρα ὑπερβολικῶς simul χριστιανίζων, Epist. CXXCI. Christi, qui uult esse discipulus, uitiis studio quasi elucere, ne gestiat. BARNABAE, uel eius saltim Catholicae Epistolae, subscribere per omnia nolim, Christum futuros Apostolos elegisse, ὄντας ὑπέρ πᾶσαν ἀμαρτίαν, ἀνοματέρες, homines, omni peccato iniquiores, quod hyperbolice dictum, etiam Cotelerio uidetur, nec, quod bipedum nequissimi fuerint, de omnibus, aut omni tempore, intelligendum: *Iudam*, minus antea flagitiosum, flagitiosissimum fieri potuisse; omnibus uitiis ne publicanos quidem, qualis erat *Matthaeus*, fuisse coopertos; atque *Paulum*, maximum, propria confessione, peccatorem, blasphemum etc. ignorantem, ac legaliter zelantem, haec fecisse. Vid. COTELERI *Patres Apostol. Vol. I. p. 16. not.* Ceterum, Pietatis utilia et emolumenta, *Picteto* alicubi celebrata, et nouimus ipsi, cupidissimeque appetimus; *Christologos* uero, si qui dantur tantum, in *Christicolas* Deus conuertat, nec dari inter Theologos, permittat, qui Pietatis successui, ac si noua esset haeresis, se opponant, Pontifices ac Pharisei, passionum Christi auctores, ut querimoniae et hic *Spenerianae* feliciter desinant, PICTETI *Sitten-L. Lib. IX. c. 30. p. 1446. seqq. 1450. seqq.* SPENERI *Consil. et Indic. Theol. Latin. P. I. p. 345. et P. III. p. 263.*

Pietate uero nocere Ecclesiae, cristissimum!

20.
21.
19.
18.
17.
16.

V.

Varii generis sunt, cum excessu, σφόδρα saepius χριστιανίζοντες, ut horum adeo unum saltem alterumque exemplum sit producendum. SVPERSTITIOSOS I.) huc merito reuoces, uerfantes in Pietatis opposito, impingente in Nimio; secundum *Lucretium*, in rerum horribili aspectu superinstantium, h. e. diuinarum et coelestium, superfluo et inani timore, LVCRETIVS, L.I. Ed. Lambin. Paris. 1563. p. 10. Plura quoque de superstitione, timore SVPERFLVO

σφόδρα, sed praepostere simul χριστιανίζοντες sunt I.) superstitiosi,



ac deliro, anicularum, quarum multae superstites per actatam delirarent etc. ad Lucretii locum simul prouocans, SERVIVS dabit, ad Virgil. Aeneid. VIII. v. 187. Occasione horum, et Managiani, de Clemente X. dicti: Clement X. estoit pour BENEDICERE et SANCTIFICARE; et le Cardinal Patron pour REGERE et GUBERNARE, Politici sententiam ferant: In rebus etiam simpliciter optimis, MODVS suadendus est, REINHARD. Theatr. Prud. Eleg. L. I. c. 3. p. 223. seqq. Religio etiam quandoque (quo nomine Veteribus saepe uenit superstitio) scelerosa et impia dicitur parere facta, ut T. LVCRETIVS CARVS, L. I. de Natur. Rer. canat: Tantum RELIGIO potuit suadere malorum, id quod, uel TOLANDVS, per absurdissimam quamuis SVPERSTITIONEM, exponit, Aedifidaem. p. 70. Secundum DRVSIVM, Pietas NIMIA in SVPERSTITIONEM degenerat, Prou. Class. II. L. 2. Prou. 301. Vsque adeo hinc, superflua indecore agebat Lipsius, licet PLVTARCHI illad: ἡ δ' ἐυλαβεία, καὶ τὸ μηδὲν ἄγαν, ἀρεῖον, Religio, et ut NIHIL NIMIS, optimum (in Camillo c. X.) nescire non poterat, in cultu uirginum Siche mensis et Hallensis, ceu animal, secundum Guid. Patinum, bigot et superstitieux, ut Baudius Virginum dictarum lumbifragium optaret et crurifragium, quod in earum cultu, proprium perdidisset honorem Lipsius, consecrans quippe, iuxta Molinaeum, latinitatem 50. annorum suam pedibus alicuius idoli, et denique, uel his quoque uerbis, superstitiose expirans: Nunc dimittis seruum tuum, DOMINA. Qui de Χριστιανίζουσαν praepostero colendi modo loquimur, ad Gentilium excessus, et irreligiosam quandoque, ut uocant, religionem (dum religentem esse oporteret; religiosum esse nefas) non excurrimus; agnoscebant tamen et illi, esse, qui superstitiosa et NIMIA religione sese alligassent, eaque res, secundum GELLIVM, uitio assignabatur, v.g. Diali Flamini religio omnino erat, equo uehi, iurare, exercitum armatum uidere, fabam tangere aut nominare etc. Noct. Attic. L. IV. c. 9. et L. X. c. 15. Superstitionem et abundantem quasi religionem et propiores loquuntur. Auctor libri, Het Leuen van Philopater, Doct. Medicinæ, P. H. Professor Gymnasii alicuius Hollandici, Pietatem eiusmodi, D. Beckero, ad quam compulsus fuerit

quos inter
Lipsius eminet,

20.

21.

19.

18.

17.

16.

fuerit a patre, tribuit, qua *desperans* factus fuerit et *fere stultus*, quod *Part. I.* statim ab initio refert. Datur omnino et superstitio, quae est **INDEBITA**, nec **PRAECEPTA**, nec **prohibita EXTENSIO**, uti in ciborum delectu, Col. II, 21. cum magnis saepe flagitiis *scrupulos* coniuncta, secundum D. **BVDDEVM**, de *Arb. et Superst.* p. 667. 789. *item circa* Et excessus eiusmodi in Neuatoribus mire effert Theologus quispiam *Adiaphora etc.* **Moguntinus**, quod calamitosum statum nostrae **ECCLESIAE** lamentabiliter deplorarint, *Reformationem et correctionem in Lutheranism*, suspirarint, in multis ad fidem Catholicam **ACCESSERINT**, ut de *Pontificis ad-* his quam optime sperandum sit, et plus, quam de omnibus Sectariis, quod *modum aesti-* **REDITURI** sint ad Ecclesiam **R. CATHOLICAM** etc. *mati.* in *Ecclesia Rom. Cathol. Gloriosa, A. 1718.* p. 269. 270. Durissima alii indifferentissimi Patroni iactant exercitia, quae Spirituality uocant, in occulto, v. g. in cryptis demortuorum, dormitiones in stramine, duris crucibus etc. quasi Pharisei, *collectis calculis*, imo et *spinis*, secundum **EPIPHANIVM**, *T. I. p. 34.* indormientes, non fecerint idem; ne de *Catharina Geneuensi*, ostenni licet adhuc, dicam, *Ei. Vit. p. 412.* quae **ZEPHYRINVS** ille de **PACE**, in *Wiederaufrichtung der Kirche*, iactanter admodum decantat: *Alt*, ubi haec praecepta sunt electitia? Num meriti opinio abest? Num, uel inter infideles, et Baalitas, non similia audiuimus, quae uero, fundamento deficiente, ruunt omnia? Vid. Msci Dn. **LOESCHERI** *Demas, p. 154. seqq.* et Dni. **TREVERI** *Disp. I. de Imposturis, Sanctitatis titulo factis, Cap. I. §. u. 12. seqq.* Negare nolim, medios inter supersticiosos, multos, cum *Berullio, Io. du Verge, Salesio, Fenelonio, Quesnellio, etc.* ad maius pietatis studium fuisse excitatos, hincque adeo et in doctrina corrigere multa coepisse, pressos tamen uariae fuis, ne superstitio decreset, quosdam etiam eorum frigere iterum incoepisse: *σὸς ὁδὸς* tamen *ἡγευσταὶ ἰσχυροί*, cum excessu communiter reperti sunt, dum pauci a *Meelßbreri* sententia, in *der Declaration zur R. Cathol. Religion*, abierunt: *Lapidem fundamentalem primum timoris Domini esse doctrinam, de Veneratione Mariae et Sanctorum*, quo Christus lapis angularis et fundamentum nostrae salutis unicum pessime repudiatur. Absint

ἑθελοθησκει-
α, Deo
exosa,

quam mire
tamen conse-
crantur.

triffia illa uanae ἑθελοθησκειας Specimina, Deo nostro tantopere exosa; *praecepta* facienda sunt, non uero *post cor et post oculos* proprios *inuestigandum est*, Num. XV, 39. Non *addendum super uerbum est*, Deut. IV, 2. XIII, 1. Matth. XV, 9. *Omnis plantatio cum excessu χειριστιανίζόντων, quam non plantauit Pater coelestis, ERADICATVR*, l. c. v. 3. Saul labitur misere, suo arbitrato, Amalekitis parcens, et *nimum adeo pius*, 1. Sam. XV, 9. quem ideo quoque ex *fictione Gemarae Ioma, לֹא תִהְיֶה צְדִיק כְּרֵכֶּךָ* monuit, ex Cohel. VII, 16. *ne nimium iustus sis*. Non faciendus itaque, etiam secundum TRIDENTINOS, *Sess. VI. Can. 21. nouus Christus Legislator*, nec in Euangelio *stricte dicto, Leges propriae dictae, quaerendae fuerant*, Io. I, 17. Ef. LXI, 1. Rom. X, 5. *Crede, non uero fac*, propria Euangelio uox est. *Religiosum, quem semper ibi ὑπερβολικὸν uult*, FRANC. LABATA, *Parentum et Propinquorum curam dimittere debere*, Theaur. Moral. T. II. p. 75. a. *quarti gnari praecepti non credunt, de ἑθελοθησκεια rectius edocti*, GERHARD. *Conf. Cath. L. II. P. III. Art. XXIII. c. 7. §. 2. p. 152. seqq. et Art. XXIV. c. 1. p. 171. seqq.* Superfedere itaque *taediofo et sordido potuisse labori Catharinam Geneuensem putem, quum aegros a foetore et impuritate ita mundauit, ut uestes quoque eorum pediculosas, domum secum sumtas, et a sordibus purgatas, aegris remitteret*, Ei. Vit. p. 427. ANDR. RIVETVM adhuc *audire placet, Homines, inquit, superstitionis cultibus, existimant, se actus RELIGIONIS exercere, et sanctitati studere. At uero oculi Dei intus penetrantes, uerum a falso discernunt, et, quod ipsi RELIGIONEM et PIETATEM uocant, SCORTATIONEM appellat; quod sanctitatem, POLLVTIONEM, in Hof. c. V. OO. T. II. p. 624. b.* Non tam de *Ascetis, quam de ἀσκητικωτάτοις Tertulliani, Origenis, Eusebii, etc. nudipedalibus, Dei creaturis se interdicentibus, seuerioris Christi disciplinae Sectatoribus, praecisistis, in hominum saltim praecipis religiosi, uel in solo τῷ πρᾶττειν Christianismum suum constituentibus, (der Gehorsam in Thun, sey der sicherste Weg zur Seeligkeit, Auctor des unpartheyischen Wahrheit-Predigers (Tob. Eisl. er.) A. 1730. p. 3.)* plura afferre possem, circa *superstitiosos haecenus uersatus; Excessus tamen*

20.
21.
19.
22.

18.

17.

16.

tamen in iis facile cuius apparent. Seculo IV. et V. ἀσκήματα, raptis liberis, in tria Vota permutabant, atque in cultum electitium et meritorium, ut Concilium Gangrense ideo, cum Anathemate, sub πρὸ Φάσει τῆς ἀσκήσεως, liberos dimittere prohiberet, Canon XV. ἄκακοι enim, quod Patres per ἀπόνηρος, ἔθ' ὑπελος, ἄδολος etc. exponunt, et quod solius Christi est, Ebr. VII, 26. esse uolebant, corpori, caelibraru, flagellando, ieiunando nimium etc. minime parcentes, 1. Tim. IV, 3. Col. II, 23. Superstitionum et alia genera, cum cultus, modo non mandato, tantum in externis, inanimatis quoque, in rebus ludicris, quarum uel uirum honestum suppuderet, esca hac uel illa abstinendo, factisque suis, Dei expiationem tentando, praestatur, alii recentent et reiciunt, PICTETI Sitten-Lehre L. III. c. 7. p. 224. seqq. Conf. de reliquis, quae attigimus, SALMASIVS, ad Pall. Tertull. p. 19. seqq. SVICERI Thesaur. P. I. col. 147. seqq. et 547. seqq. BINGHAM Orig. Vol. III. c. 1. p. 1. seqq.

VI.

In solis externis II.) uel solis etiam internis HAERENTES, ad II.) in solis, uel externis, uel solis internis haerentes; χειρισανίζοντας σφόδρα, ὑπερβολικῶς tamen simul, referimus. Externa certe internis non obstant, amico potius iis foedere, haec connectuntur, quum corde credimus, ore uero etiam confitemur. Rom. X, 9. 10. Pf. CXVI, 10. Χεῖρας ἐπαίρειν, externum; ὁσιότης uero simul requisita, internum, Paulo uero utrumque combinatum est, 1. Tim. II, 8. hinc adeo etiam gentiles, in deorum CVLTV, puram, integram, incorruptam MENTEM, cum CICERONE, requirunt, de N. D. 2. 28. uerantes, cum Hesiodo, ne χεῖρ' ἄνιπτοις Ioui uinum libent. Mere externis fiducialiter superbiant alii, ut in Religione piam et MODERATAM, suam Angliae Reginam, Elisabetham, describit BACO de VERVLAMIO: in Felici Ei. Memor. f. 136. Aliter de se LVTHERVS et statu monachali quondam; externa, indulgentias, et tamen porro Confessionem, ob pecuniam, fuisse requisitam, seque uiolenter tum sanctum, meris externis, ieiuniis, uigiliis, orationibus, Missarum celebrationibus, duris lectysteruis, etc. resistere malis

*Externa, cum
Arnoldo, ni-
mium remo-
uent,*

*quae tamen
interiora ma-
nifestant,*

*ut in solis in-
ternis adeo
non sit ac-
quiescendum,*

lis cogitationibus uoluisse, *Libb. Symb. Art. Smalc. P. III. p. 325. Vtriusque Testamenti Hanna, Simeon, Publicanus, cum Iohanne, Petrus, sic cultui externo uacant, ut solum eum minime confectentur, nec sine interiori, eidem studeant, a mente ARNOLDI alieni, erfahrne Christen waeren von dem KIRCHWESEN frey, in Histor. Theolog. Betracht. p. 46. seqq. Veteres EXTERNA cultus sui pro ARBITRIO instituisse, sine legali coactione; BAPTISMVM ex consuetudine retinuisse, COENAM (quae memoriam et annunciationem TANTVM (bloss) intendat quotidie, mensae alias assidentes, sumfisse. Quemadmodum et Christiani primi optimi, nec Dominicam, nec Festa, Copulationem, funebria solennia etc. habuissent, de quibus postea, et in Continentore nostro αδειπνω simul actum est, Conf. in primis Mfici D. LOESCHERI Annal. Theol. Decenn. I. p. 623. seqq. Solum cultum externum ne ipsa quidem natura suadet, sed interioris potius, per externum, manifestationem, in hominum aliorum exemplum, ut adeo uel gentiles, cum externo, requisuerint iam tum illum, ne a scelesto, periuro, donis tantum et hostiis, sed aetatem agente cum pietate et fide, fiat, PLAVTVS, in Rudent. Prolog. v. 22. seqq. 29. seqq. Suum ideo εξοργιζειν et praeparationes, lotionibus, castitate, acclamationibus: Hoc age, per praecones publicos, et plura, instituebant, de quibus GYRALDVS, OO. T. I. col. 520. seqq. II. col. 670. Sola itaque externa, ex opere operato, exercitia, uel, per uicarios quandoque expedita, si etiam cum sensu corporis insigni fiant, parum efficient; Ruunt tamen et hic σφδρα χριστιανιζοντες cum excessu, saepius in contraria, cum iis, qui per sola interna, reiectis externis, eminere uolunt. Cum Rob. Barclaio, in cultu solo interno, silentium mysticum, introuersionem et luminis expectationem uolunt, cultus requisiti λογικῆ, Rom. XII, 1. parum memores, cum Christian. Hoburgio, I. Boehmio et corruialibus; externa namque nostra, ex gentilismo, in Christianismum manasse et inuenta humana, Babel et Fabel, Sculptile, ad formam internorum, spiritus mundi externi etc. esse, quae interno homini merito repudianda sint omnia. Extrinsecus, ore etiam Deus uult celebrari, Rom. X, 9. 10. Pl. CL, 6. Eph. V, 19. et omnibus uiribus, Deut. VI, 5. Luc. X, 27.*

X, 27. externis, corporis quoque, Rom. XII, 1. VI, 13. 19. coli, sacrificia externa, poenitentiae signa, pectoris tusionem, manuum eleuationem, genuum flexionem etc. ordinavit et probavit Deus, Gen. IV, 4. II X, 21. Ion. IV, 10. XIII, 3. Phil. II, 10. 1. Tim. II, 8. Eph. III, 14. Omne igitur nostrum Deo merito consecramus, qui inuocationem et laudationem, curam Religionis publicam, celebrationem Sabbathi et Fistorum, Iuramentum, Vota, Ieiunia, uerbi auditum, frequentationem sacrorum publicam, Sacramentorum usurpationem, requisivit, et contemtores rigidissime saepe puniuit. Conf. COLBERGI *Christian. Plat. Herm. P. I. c. II. p. iii. seq. II. c. X. p. 480. seq.* et TRIPOLITANI, *im Bericht von N. Proph. VII. Motiue, p. 234. seqq.* Templorum uisitationem perinde uoluit, Christi et Apostolorum praxi confirmatam, Matth. IV, 23. Luc. IV, 16. XIX, 45. seqq. Ioh. XIII, 20. Act. III, 1. seqq. Canon fanaticorum *internus*, Scripturae, Canonis, sub *externi* nomine, inimicus, cesset, *Arnoldo* eiusque amicis confictus; Vid. ARNOLDI *H. H. P. I. p. 47.* Humano sic Magisterio subiicitur Scriptura; *Christus in nobis*, fanaticus et legalis, quem et sophiam, punctum saliens, uocant, nouum ita *Canonis interni* nomen nactus, et norma sic secundaria Scriptura facta est, imo, Spiritus, extra uerbum operans, *Luthero* diabolus est, uid. FECHTI *Syllog. Disp. IV. p. 93. seqq.* FOERTSCHI *Controu. S. Recent. et Nobil. disp. V. p. 77. seqq.* Alia mitto, *internis* unice admissis, *σφόδρα χριστιανίζόντων*, ast simul *ὕπερβολικῶν*, reiecta impie *externa*, quum u. g. matrimonio, *rei terrestri et mundanae*, cum *Cathar. Geneuensi*, et aliis, innecti indeque *maculari* nolunt; Vid. huius *Lieber-Weg, p. 43. 484.* quum naturae omnia subtrahere, aspera, pilosa induta ueste, ne in spinis quidem, aut brachio iniectis carbonibus, sentire amplius quicquam, uolunt; quum uti medicina, ulterius cum *CATHAR. GENEV. l. c. p. 481. seqq. 490. 495. 498.* reculant, aut, cum *Pariso*, pro tentatione reputant, *libros et Bibliothecam, bis mille thaleris aestimant, habere amplius ante oculos*, la Vie de M^r. de Paris, *A. 1732. p. 66.* et quae sunt externa alia, cum excessu *χριστιανίζόντων* nimium, omnia reiecta.

omnium minime in Canone quodam interno.

20.

21.

19.

22.

18.

17.

16.

C

VII.

VII.

III.) *Qui officia, nimia prae pietate, deponunt, crasse errantium more,* Excedunt δὲ σφόδρα χριστιανίζοντες quandoque III.) qui, prae pietate nimia, uel OFFICIA prorsus MITTUNT ac deserunt, quibus tamen, legitime uocati, admoti erant, sacrum illud, inter ora et labora, uinculum soluentes, et, cum impio potius Oeconomō, dicentes: σπάπτειν ἐν ἔξω, Luc. XVI, 3. *Anabaptistica, Weigeliana, Socinowolzogeniana* haec pietas est, nolle officia, Magistratuum cum primis, gerere, non locum habere eum in regno Christi spirituali, scepra et coronas esse ad Christi pedes abiicienda, tanquam τῶν ἔξω; I. Cor. V, 12. omnia contra Scripturam et Symbola, regnum Christi et ciuilia regna confundentium, dum Euangelium non abolet Politias, AVG. CONFESS. Art. XVI. APOLOG. p. 214. seqq. CATECH. MAIOR et MINOR Praecept. IV. et Petit. IV. Esse tantum ad Benedicere, quod supra de Clemente X. uidimus, et reliquas officii partes negligere omnes, diuinae uoluntati conforme non est. *Qui, NICEPHORVS Gregoras* scribit, *in una Dei contemplatione mentem desiguit, huic tali montes et speluncae conueniunt: At, qui una cum uirtute, CIVILES etiam MORES coniunxit, et notitiam, sibi parauit rerum uariarum, ille uero POPVLVM ad OPTIMA et SALVBERRIMA DOCERE idoneus est, Histor. L. III. c. VIII.* Non operanti, Salomo minatur: ψυχὴ ἀεργῶ πεινάσκει, עֲרֵב תָרֵב *esuriet, Prou. XIX, 15. ceu בֶּן סִכִּי filius pudesfaciens, c. X. 5.* Ad officia Deus, *apud uasa occultatum, Saulem; 1. Sam. X, 22. ex pisce magno, Ionam, Ion. II, 11. e caulis ouium, Dauidem, 1. Sam. XVI, 11. 12. ab aratro, Elisaeum, 1. Reg. XIX, 19. protrahit, Mosi, Ieremiae, otiosis in foro, haud leuiter offensus, quum labores publicos recusant et alii per talenta tradita, non lucrati sunt, Exod. IV, 13. 14. Ier. I, 6. seqq. Matth. XX, 3. seqq. XXV, 25, 26. LABQRATE; Ego uobiscum, dictum IEHOVAE Zebaoth, Hagg. II, 4. ARNOLDI, deponentis officium, exemplum, leuius est, quam, quod imitemur, inter eos vix referendum, quos Clericus uocat les hommes de CABINET et NVLLEMENT DE MONDE; Biblioth. Choisie, P. XXII. P. II. Art. 3. p. 303. Causae, quas affert, nullius momenti multisque conuitiis immistae sunt, grauius etiam postea munus S. Ministerii,*

20.

21.

19.

22.

18.

17.

16.

nisterii, tantopere a se arrosi, paulo quasi respiscens, iterum assumpsit, ut in abusum adeo, pro deponendis, ex abundantia pietatis, officiis, rapere pios hymnos non debuisset: *Den Sinn u. alle Begierden, u. Gedanken etc.* et porro: *Sonst uerdirbt alle Zeit etc.* Vid. ARNOLDI *Bekaentniss wegen Verlassung S. Acad. Amts*, 1698. Muneris hanc desertionem, etiam imbecillitate laborantibus, valde disuadebat HIER. WELLE-^{quod disuasit maxime H. Wallerus,} RVS, ex 1. Cor. VII, 17. et Es. XL, 29. prouocans simul ad Ieremiae, *Tauleri*, aliorum, exempla, imo, ita concludens: *Nemini unquam feliciter cessit, qui VOCATIONEM suam DESERVIT*, Vid. MAYERI *Museum*, P. I. c. I. p. 56. seqq. C. H. STARCKIVS, ex instituto, de *Doctorum Vita priuat.* B. COLERI *Histor. Arnoldi*, Sect. I. §. VIII. seqq. p. 18. seqq. Religiosos curis Secularibus ualedicere debere, cruda nimium et illimitata FRANC. LABATAE assertio est, eamque, si inde probat: quia Mose *soluere calceamenta*; quia Timotheus secularibus *non implicari negotiis*; quia duobus non *inseuiiri Dominis* deberet: Tum iustam haud dubie ipse quaerendi occasionem nactus est: *Qualis est, quae so, consequentia haec?* Thesaur. Moral. T. II, sub: Religio, §. XVI. p. 75. a seqq. Terrestrium omnem abiicere curam, B. P. Caroli saltem male fida doctrina est, in *allgemeinem Christen-Catechismo*, A. 1707. p. 82. quod non mirum, apud eos, qui, uel cum D. Gerlaco, in *Soliloquio Ignito*, mystico, Christianum, quoad hic uiuit, *inconsolatum*, sine solatio et gaudio, nedum, in officio saepius recreatum, requirit, quod parum ab eorum abest consuetudine, qui, in excessu *χριστιανίζοντες*, nimium *ἀπλά-* *et mentis ἀπ-* *ρωσιαν* Christianorum alias, bono cognomine, apud *Euthalium*, imo, male *πρωσιαν* intellectu Apostolo, 1. Cor. III, 18. *μωροι καὶ σαλοὶ* euadere, et, cum *doque prodit.* Io. Ad. RABENIO, scribere uelint: *Wehe dem, der mich uor keinen Narren haelt; per studia acquisita (dass er studirte) in uero Christianismo oblivioni dari, et stultum fieri oportere*, *Wahrer Christ*, A. 1699. H. 4. et c. 7. Vid. erudita Max. Reu. D. SIBERI, de *Moris et Salis propter Christ.* Commentatio, p. 7. seqq.

VIII.

Camelos IV.) ita *χριστιανίζοντες*, deglutire, percolare uero culices, IV.) PERCOLANTES
 Matth. XXIII, 24. ceu *falsi omnino Sancti*, seu *hypocritae*, quos
 C 2 Luthe-
 CES etc.

quibus τὸ φα-
cere, totus
Christiani-
smus est;

Lutherus uocat, saepissime uolunt, Christianismum, omiffa doctrina et fide, in *sola vita* quaerentes, naeuos minimos perfringunt, ad multo maiora uero, iniquissima licet, minime attendunt, SVICERI *Thefaur.* T. II. col. 29. et ARTIC. SMALCALD. P. III. Loc. III. de Poenit. p. 326. Singularistas quandoque uocant et ἰδιογνώμονας, de quibus alibi pluribus actum est. NIMIUM *istos*, de quibus supra Salomo, Cohel. VII, 16. non prorsus male, per hos, qui *nimum sibi iustitiam imaginantur*, Seb. SCHMIDIO, in *Cobel.* p. 220. seqq. DN. D. SPENERO, per hos, *die sich über ihrer Gerechtigkeit grosse Einbildung machen*, Geretete Sprüche H. S. p. 78. DYCKIO, per hos, *die bauen u. sich uerlassen auf ihre eigene Gerechtigkeit, Geheimnifs des Selbstbetrugs*, exponunt. Christianismus, sine Christo, qui, in fidei nostrae doctrina, πάντα ἐν πᾶσι constituit, ne nomen quidem habiturus esset; Cur ergo *primariam* eius partem, *constitutiuam*, fidei doctrinam, unde pars Christianismi *secundaria*, postea *consecutiuæ*, Bona scilicet Opera, fluunt, non constitueremus, atque pro falso adeo non declararemus, quando nobis, quasi *Christianismus sola contineretur doctrina*, imputare uolunt? NOV-ANTIQU. A. 1707. p. 23. et 1708. p. 517. His saltem adstipulari, nefas ducimus: *Interna Christianismi TANTVM et NVDE (blofs) in AMORE DEI et PROXIMI consistunt*, quod Christus ipse dicat, Matth. XXII, 40. (ubi tamen, non de *Christianismo*, sed de *Lege* sermo est) B. P. KARL. in *Catech. Gespraechen*, 1707. Dedic. et Praef. non abludente ab his, quem dixi, RABENIO: *Apud Deum VALERE nihil, NISI, Praecepta eius seruare*, l. c. D. 8. quorsum et TH. MVNZER tendebat iam tum: *Durch ARBEITSAMKEIT komme der Mensch zum GLAVBEN* -- *In aengstlich-und emsigen Warten, und in nichtfühlen des Glaubens, bestehe das RECHTE CHRISTENTHVM*, Protestation und Entbiethung, Artic. XIV, et XV. Deglutientium quoque huic, ac percolantium societati et illi sese adiungunt, qui, a licitis quoque cibus, coniugio, in V. T. saltem, Iudaeis speciatim prohibitis, σφόδρα *nimum* χριστιανίζοντες, adhuc abstinere solent. Ne hostibus quidem, in Sabbatho irruentibus, resistere quidam ausi sunt, 1. Macc. II, 34. 35. 36. 2. Macc. VI, 11. quod tamen aliter deinceps ordinabat *Mathathias*, l. c. v. 40. 41. ipse

qui abstinere
quoque a licitis;

20.

21.

19.

22.

18.

17.

16.

ipse namque Deus, Ios. VI, 34. in Sabbatho quoque, multa bellica permisit et approbavit, et, IOSEPHO teste, illam suorum intempertiam superstitionem Agatharides Cnidius improbavit, L. II. *Antiq. Iud.* c. I. *Edit. Hudson. p. 507. seq.* Ex foetore, lapsus die Sabbathi in latrinam, mori, quam extrahi, maluisse, bruto se ignobiliorem reputantem, Matth. XII, 11. Luc. XIV, 5. ex *Matth. Paris. Volaterano et Ranulpho*, alii docent, vid. DANNHAVER. *Colleg. Decal. Disp. VIII. de Praecept. III. p. 559. seq.* ESSENI, uti nimia prae pietate, Φιλιάδων cum Essenis, ληλοι ηγη των άλλων πλέον, mutuo se amore magis, quam alii complectentes, imprimis ἀσεμιότερον ἀσπείν, severiorem exercere vitam volebant, ideoque nuptias, *surdū,* oleum, omnem, ante solis ortum, locutionem profanam, iuramenta quaevis, suae sub ἀσκήσεως praetextu, auerfabantur: Sic ἀποπαζέιν, alium in Sabbatho exonerare volebant, secundum IOSEPHUM, L. II. B. I. c. 8. *dict. Edit. p. 1060. seq. 1062. seq. cum nota Aldrichii, in l. c. Eheu!* quam ὑπερβολικῶς se σφόδρα χριστιανίζόντων Classi associant, qui, sanguinem licet sitientes, praetorium tamen ingredi, cauent; Ioh. XIX, 28. qui, prius, quam ab Ariani manu quicquam sumerent, cum *Eusebio Vercellensi*, per sextiduum, famem, ea perituri, patiuntur. Quam culices percolant, pietatem et alias mire praefeserentes, eiusque praetextu, quae, nescio, identidem molientes! Ad Sanctorum Columnarium, Eucheriarum, Quietistarum et inspiratorum, excessus non excurram; Die FYNEN, siue feinen, Dno. de la Barre de Baumarchais, in *lettres sur Hollande, 1738. Epist.* memoratos, in excessu varie delinquentes, iidem non dicam; Horret animus et stupet, quae quorundam protervia, ultimis *quod exempla* temporibus, sub praetextu severioris Christianismi, contra Media et *loquuntur,* Ordinem Salutis, molita est, et legi in compendio possunt, in S. R. D. LOESCHERI *Timoth. Verin. NOV. ANTIQ. 1712. p. 717. seqq.* Christianos non saltim uocari, sed etiam esse, cum pia Antiquitate, et nos praecipimus; loca Patrum ideo studiose SVICERVS, T. II. col. 344. *seq.* congestit. Num vero in recentioribus illis, de Mediis et Ordine Salutis, sententiis, crassiores nonnulli ueros se gesserint Christianos, intelligentiorum esto iudicium. Valet saepe in aliis, pia saltim praetextibus, Dn. D. SPENERI, de *Molinisto*, sententia, dubitare se,

odiosa licet,

si mollissime
loquaris, τῶν
ἀτάκτων, in
damnum ue-
rae pietatis
maximum.

an solum hoc eius crimen sit, quod mysticam Theologiam urserit; tantos motus futuros non fuisse, ob unam alteramque thesin, qua circa argumentum contemplationis uideri potuisset EXCESSISSE, Confil. Latin. P. III. p. 621. Numne ὑπερβολικῶς χειριστιάζοντες non erunt, qui sana principia saepe, non sine motibus mutant, contemptis ueteribus, noua meliora, in scriptis, saepe ieiunis et macilentis, ubi, et Scriptura et Symbola exulant, crepant, de salutis mediis, ac Dei ordinationibus, leuius sentiunt, coetus dissipant, atque adeo unitatem soluant, ut per Edicta, qui eminent, mederi cogantur? Verae pietati, ex Ecclesiae Nutritoribus, obluatur nemo, bene tamen peruersa, in Classibus, quas constituunt, diuersis, docentibus, et, quod Dn. D. LANGIVS, ratione Edictorum, lubens largitur, ἀτάκτοις, Anti-B. P. II. p. 581. In uno simul subiecto, Pietas et impietas non est, ne quidem denominatiue; Opera uero immiscere iustificationi, Gratiae OO. facere naturalia, Magistratibus non obsequi, conuitiis proscindere Dei seruos etc. opera impietatis sunt. Sola pietatis species et fucosa illius simulatio inanis est; garrire saltem et litigare de pietate, improbum; larua pietatis decipiens, pia saltem loquentium, non uero facientium, exosa merito est, et uere FECHTIVS sentit: Parum abesse, quin pietatem in ipsa pietate amiserimus, de Pietat. Cornel. p. 3. Alibi Idem, quum horridam retulit et impiam Molinosi opinionem: Si alicui reueletur, Deum ipsum absolute damnare uelle, hunc uoluntati diuinae, etiam usque ad aeternam damnationem se resignare debere, bene annectit, in excessu Molinosii peccasse pietatem, Syllog. Disp. XIII. p. 284. Vera si pietas est, faciem non pingit, 2 Reg. IX, 30. Ier. IV, 30. aliam se non simulat, Gen. XXVII, 19. 1. Reg. XIV, 2. seqq. dolose Dei uiros non decipit, Act. V, 34. folis, ne maledictionem incurrat, non luxuriat foliis, Matth. XXI, 19. nec nocte solum, more phosphori, ligni putridi, cicindelae, atque in obscuro, fulget et urit, Vid. FOERTSCHIVS, de Prudent. Instor. in cauendo Schism. circa Pietatem Orthodoxe docent. 1714. MAYERI Piet. Vet. Eccles. p. 78. Valet adhuc, quod BASILIVS scripsit: Non in sono aeris, sed in uirtute significatarum rerum, est Pietas, contra Eunom. OO. P. I. p. 139. Et paulo post, de Eunomio: Per dolosam uersutiam, malitioso suo uelamine,

20.

21.

19.

18.

17.

16.

lamine, orationem occultans, HORRIBILEM confirmat IMPIETATEM, l.c. Fucum hic, et, quae obseruari saltim queat, speciem, adeo sapientiores quidam formidant, ut de hominis pietate iudicium, Solonis illud imitati, ad Dei tribunal deferant, nec quenquam ANTE OBITVM uocandum esse PIVM, pronuntient, cum Vener. D. MOSHEMIO, in Laudat. Funobr. Schmid. p. 19.

IX.

Cum excessu, qui V.) σὸδρα χειριανίζοι, inter, quae non uidentur, ἐμβατεύοντας (Col. II, 18) καὶ ἐνθραύζοντας, quoque reperiuntur, utpote qui iis, quae sciri hic nequeunt, se ingerunt; loca, tum Patrum, qui de cordium inspectore, Deo, sic saepius loquuntur, tum uero et aliorum, apud SVICERVVM, T. I. col. 1095. et apud ELSNERVM, Obseru. S. T. II. p. 264. uideri possunt. Mysticos hic loqui possem; sed impuros nolim, quos sectantur tantum hodie non pauci. Impios, in apparitionibus, lusus, non memorabo Bernensiam IV. Praedicatorum, quasi tormina post mortem patientes animae, redirent; fraudes historia integra abunde loquitur, in NOV-ANTIQUA. 1719. p. 295. seqq. Arnoldina, in Vita suorum Fidelium, 1720. apparitionibus Eremitae Nicolai uon Vnterwalden, Engelbrechti, pannificis, etc. quoque applaudunt; et Cathar. Senensis, Brigittae, Hildegardis, testificationibus, ceu ueris, mire quoque Auctor libri, Onus Ecclesiae, 1620. affurgit. Nos ultra τὸ γραπτὸν non sapimus, Ef. IX, 20. Gal. I, 8. ultimum enim ad nos filius locutus est, Ebr. I, 2. ob signato nunc Canone, Ioh. XX, 31. XXI, 25. Apoc. XXII, 18. Conf. FOERTSCH Quies operosa SS. p. 20. Pontificios taedet uel ipsos sapientiores, Francisci Assisi legere uitam et ad nauseam ibi decantatas uisiones, somnia, miracula, hominis quippe sequestrati, extra se positi, ut, prae NIMIETATE feruoris, totus absorptus fuerit in Deum, Vid. PHILEVTERI HELVETII Miracula Pythag. Apollon. Thyanaei, Francisc. Assisi etc. tributa, p. 94. Deismo immisto, Theosophicis, Paracelsistico-Boehmianis, Arcana noua Theologia, Theurgicis, Telesticis, Theosophis irem non indigemus; Vera namque si dicunt, hoc a Scriptura; Sin falsa, id

V.) Εμβατεύοντες καὶ ἐνθραύζοντες,

apparitionibus ludentes uariis,

alter altero
absurdior et
peior.

Perfectionem
in primis cre-
pant

cum Guionia,

et Mysticis,
saepe sordi-
dissimis,

id a diabolo habent, ut adeo Theosophi, *Kuhlmanni, Boehmii, Guthmanni, Rob. Fluddii, etc.* et quotquot ἐμβατεύουσιν, uel ἐνθεσιαζέουσιν gestunt, procul hinc discedere queant. Quis ferat huiusmodi? *Mit blutigen Thraenen sey es zu beweinen, was die eingeführte böse und anti-Christliche Gewohnheit des vielen LEHRENS, PREDIGENS, profitirens, disputirens, commentirens, darauf kein Thun folge, uor Schaden, Unheil und Verderben angerichtet, AVCTOR des Unpartheyisch. Wahrheit - Predigers (Tob. Eisleri) 1736. p. 5. seq.* Alii, cum AD. BORELLO abrogationem omnium scripturae Exegetum et Explicationum, Consistoriorum, Academicarum etc. praxi minimum, intendunt, in famoso libro: *Ad Legem et Testimonium, A. 1645. p. 53. 63. seq.* suis ut profundis, uel solis, indulgere queant. Ad diuinitatis similitudinem contendentes Hierarchici, quos DIONYSIVS Areopagita uult, suos quoque Collegas ἀγάλματα Θεῶν, simulacra diuina, imo ἑσπετρα ἀκηλίδωτα, specula, ab omni labe pura, efficiunt, in beatitudine diuina, quae sit ἀνευθενῆς ἀπάσης τελειότητος, non indiga ullius perfectionis, in καθάρσεως περιστάσι, qua et aliis impertiri puritatem queant, de Coelest. Hierach. cap. III. Edit. Paris, 1615. p. 14. seqq. Penes hos, κατ' ἐξοχήν, ὑπερστίως, ὑπεροχηκῶς, non more Scholarum, secundum regulam Religionis alicuius, haereticos refutando, aut altercando, altioribus multo et illimitatis terminis, practice etc. aguntur omnia, secundum Theologiam, non Scripturariam illam, sed cordis et uirtutis, quod Mystici uolunt, uid. ARNOLDVS, qui et Colbergium ideo mendaciorum et cumulatorum comitiorum arguit, *Histor. und Beschreib. der Myst. Theol. c. V. p. 83. c. IX. p. 183. seq. it. 229.*

GVIONIAE eadem haud dubie mens, in tribus, illi propriis planeque singularibus, erat, qua 1) influxum internum, 2) futurorum cognitionem, 3) abundantiam gratiarum, qua rumpi quandoque uelle, uideatur, uid. *Tractaetlein, aus der Geheim. Gottesgelehrf. G. A. 1701. p. 16. seq.* Peruersum Pietatis studium σφόδρα nimium, saepius etiam, quasi in ἐκστάσει χριστιανίζόντων, magnos in Ecclesia lapsus, quod de Tertulliano speciatim Zentgrafus docuit, subinde promouit. Num Mystici omnes sint Enthusiastae? quod ARNOLDVS, cum indignatione, negat, *Histor. Theol. Myst. P. 8. p. 185. seqq.* quaerendi hic locus non est; Plures

res

res tamen ex iis, quos hoc loco uolumus, nouis apparitionibus, uaticiniis, et extra Scripturam testificationibus, inimicos per omnia non esse, palam est, si quis saltim *S. Brigittae*, Seraphicae Matris, Apparitiones, *S. Gertrudis* insinuationes diuinae Pietatis, *Mechthildis* Reuelationes, cui Sponsus, Christus, saepe apparuerit, *Catharinae*, Senensis, Epistolas, Colloquia, Sermones, Reuelationes, uel obiter inspicere uelit. Aeternum execrabilia, pessimae *Euae*, Matris; quam impie uocabant, stupenda omnibus, nocte perpetua digna, non denuo dicam; Nec *τελειοτάτης Irenaei*, ex Valentinianis perfectissimos; aut *Borboritas*, secundum *Epiphanium*, uel, a *Gersono* notatos in eo *Begardos*, seu *Fratricellos*, fas nominare, duco, qui per *Sanctitatem et Enthusiasmum*, reducta in Deum uoluntate, sua sc. amissa propria, Velle mere diuinum haberent, adeoque (quod perhorrescimus) agere, sine peccato, possent, quicquid etiam carnalis affectio deposcat, MAYERI Piet. Vet. Eccles. p. 44. si. seq. uti et Ecstatica aliorum, nefanda saepius et fraudulenta, lubens mitto, cui enim non dictus est Hylas? Seculo uisionis imminere adeo uoluere ac male latinis, nonnulli, ut nec Prisciano simul pepercerint, dum Christum uenturum et uentum, lineam pinealem, interuallos, *Bratenwenderum*, et, cum Dno. *Lasy*, admodum inspirato, A. 1707. talia: uobis miserabilibus momentus sum etc. id agendi facultatem uulgi, imo uulgi, dabo et do, locuti fuerint, HEINECCI *Prüf. der Neuen Propb. c.I. §. X. p. 18. seq.* Quae certe omnia effectus, non nisi tristissimos plures trahere post se queunt, Perfectissimum, Separatissimum, salutis mediolorum contemptum, centralis nostrae, de Iustificatione, doctrinae euerfionem, officiorum et statuum neglectum, scandala, uarias sensuum distractiones (2. Cor. XI, 3.) contemptum postea ipsius uerae pietatis studii, uel saltim suspiciose de illa cogitata, mentis inquietudinem, illius morbum, cum inflammatione, luxationes quasi, cum uulnere, portentorum affectationem, somnia, momentosas cogitationes, et quae allegari plura possent. Nec turbae, etiam externae quandoque cessant, ut, cum *Oihone*, apud TACITVM, quasi dicendum: *Tumultus proximi initium* --- PIETAS uestra, ACRIUS, quam CONSIDERATIVS, excitauit, *Histor. L. I. c. 83. nr. 4.* Seruilis etiam quandoque ac puerilis, sub pietatis larua, efficitur res publi-

D

publi-

20.

21.

19.

18.

17.

16.

publica, impostoribus, stolidisque ineptiis repleta, quod loca, ubi dominatur superstitio, inprimis probant, ut *Massilienses* hinc, custodes feueritatis acerrimi, *per aliquam religionis SIMVLATIONEM, ALIMENTA QVAERENTIBVS*, secundum VALER. MAXIMVM, *clausas portas haberent*, Lib. II. Cap. VI. nr. 7. Exempla hic bene admodum omnino docent; nos unius nunc saltim, ANT. WILH. BOEHM, meminimus, qui, secundum ipsius *Erbauliche Briefe*, 1737. Altonaui et Flensburgi, a Dn. *Fränckio*, sen. edoctus, eique familiariter notus, defectibus Religionum omnium mederi, nouam, inter Gentiles et Christianos, introducere Ecclesiam, pietatem promouere magis, adeoque uere σφόδρα, h. e. sua ex mente, ascetice et mystice χριστιανίζειν, destinauerat. Haec ita intendens, uaria loquitur et agit, u. g. *fermentum gratiae* dari diuinæ; *nasci Christum* debere *in nobis*; p. 5. 6. *macilentos esse et miseros conceptus nostros* iis, qui aliquid *futuri seculi gustassent*; p. 8. *eruditionem ex libro*, ne *guttulam* quidem *notitiae salutaris* posse *animae* communicare; p. 19. *Spiritum zeli acerbi sedere* in Germania ubique *in throno* animosque *fascinare*; *Missioni Danicae* suavitudo, loco *Catechismi Lutheri*, ubi et *prohibitio sculptilium* reperiata, fuerat omissa, ne Anglicanae porro indignarentur Societates, et, quod *Missioni* dabant, amplius negetur, *adornare* sic, ut *Lutheri nomen expungatur*, *prohibitio uero*, quam dixi, *signate iterum exprimat*, pro testimonio, *Lutheranismum Sectarium* *Missionarios*, in India, *propagare nolle*; p. 407. *Christianismum*, uti pergit, *nulli Sectae includi*, sed *per omnes sese diffundere sectas* etc. quae nobis, uel sola, pro effectibus τῶν σφόδρα, sed ὑπερβολικῶς χριστιανιζόντων monstrandis, sufficere possent.

X.

VI.) In Zelo
nimii;

Excedunt VI.) σφόδρα quandoque χριστιανίζοντες, etiam in Zelo, imitaturi saepissime eos, quales tamen ipsi non sunt, Herculis quippe calceum sibi, pygmaeis, confidenter nimium aptantes; quo fit, ut, nec ζήλω τῶ θεῷ, 2. Cor. XI, 2. nec, κατ' ἐπίγνωσιν, zelent, Rom. X, 2. et, in modo adeo excedentes, malum saepe, sua hac κακοζηλία, accelerent, quod alioqui Ecclesia euasisset; tametsi silentium inde iis, quos

quos loqui decet, minime iniungamus, id quod fusius, in *Praefat. ad Dispp. Wernsdorffianas*, nostra culpa, qua *Tom. III.* minime tardatas, deduximus. Excessibus ita, ex impatientia zelantium, sanctissimus ipse *quibus Scriptura obstat,* Seruator obstat, *Luc. IX, 54. seq.* uti et *Ionae* zelus similis Deo improbatur, *Ion. IV, 1. 2.* quod *LV THERVS* obseruat, *hoc*, inquit, *Euangelium* (*Luc. IX.*) ualet contra *ZELVM MALVM*; *O! ihr Gesellen*, postea alloquitur discipulos, *wie laufft ihr hie so troestlich an?* *Postill. Eccles. P. IV. p. 235. 236.* Naturae impetus hic saepe fallit, quasi gratiae ille ductus sit, igneum scilicet ingenium et uiuax, cholerae insultus, *Φρόνος καὶ ἔρις* (*Phil. I, 15.*) nouitatis pruritus, uti apud *Herodem, Felicem, Agrippam, Marc. VI, 20. Act. XXIV, 24. XXV, 22.* quae *HORNBECKIVS* alicubi pluribus euoluit, *Theol. Pract. T. II. L. 8. c. 10. p. 126.* *Theophilum*, eiusmodi zelo in *Petrum, Archipresbyterum, Isidorum, Dioscorum*, imo, ipsum *Ioannem, Episcopum*, arsisse, *SOCRATES* testis est, *L. VI. H. E. c. 9. seqq. p. 314. seqq.* cum *SOZOMENO, L. VIII. H. E. c. 13. seqq. p. 774. seqq.* Conf. *VEDELIVS, de Prud. Vet. Eccl. L. I. c. 3. tot.* *HOCHSTETERVS, de Iur. Poenar. p. 15. seqq. de Iure Zeli.* Diuino tamen sic legitimoque zelo, igni, a Domino, nihil uolumus derogatum, *καλὸν τὸ ζηλῆσαι ἐν καλῷ πάντοτε*, *Gal. IV, 18.* quod *Pinebae, Eliae, Davidis*, ipsiusque Dei et Ministrorum eius aliorum, *Num. XXV, 7. 8. Sir. XLV, 28. 1. Reg. XIX, 10. Pf. CXIX, 139. Ex. XX, 5. Elv, 24. seqq. IX, 7. Ioh. II, 17. etc. 1. Tim. IV, 26. Tit. I, 9. seqq. Ez. III, 18. Act. XX, 28.* exempla probant, uid. *Epist. de Zelo Theologi et Politic. ap. WALTHERVM, in Centur. Miscell. p. 30. seqq.* et *NEVMANNI Progr. zelusne, an leuitas etc. magis expediat? p. 29. seqq.* Ignis saltem abesto peregrinus, suis quem focis praetulit der, *durch die Baals-Pfaffen, im Goetlichen Entbrannte Christliche Elias, 1703.* fidei, eiusque Articulorum, Confessionis priuatae, Sacramentorum, Exegeteos, Orthodoxiae, A. Confessionis, etc. turpissimus contemtor. Quae pia hic quaedam erat in Martyribus incontinentia, hac, teste *Minutio Felice*, uel idola et Deos gentilium despuabant, tormenta praesentia spernentes, et sic, secundum *Martyrologium uetus*, ad theatrum pertracti sunt, ut *Prudentius* ideo quaerat:

D 2

Quis

20.

21.

19.

18.

17.

16.

legitimum
contra pium-
que zelum
commendat.

Quis Iouis, infectam sanie non despuat aram?

Alii ad uocabulorum monstra, zelo aefuantes, prolabuntur.

aut, qui prohibentur alias, in docendis societatem adsciscunt.

ELMHORSTI *Commentar. ad Minut. Felic. Octau. p. XIII. v. 33.* Excedunt, in eiusmodi zeli praeposteri confidentia intempestiua et nimia, alii, ut, noua molientes omnia, noua quoque uocabulorum parturiant monstra, nobis alibi plenius producenda. FISCHERO indice, occasionem inde, *Scholam Pietatis* scribendi, B. Gerhardus sumfit, ne, bono quoque animo usurpatae quibusdam, *periculosae loquendi formae*, Ecclesiae noceant; *Vit. Gerhard. c. XVI. p. 308. seq. c. XIX. p. 440. seqq.* quos peculiare loquendi modos nonnulli et in *P. Egardo, Maysarbo, Io. Sauberto, Grosgebauero, etc.* sibi inuenisse, uisi sunt, de quibus Dn. BVDDEVS alicubi; quod naeui in doctrina exprobrebrentur quibusdam, hoc iis commune fere esse, cum illis, qui uitae magis, quam Scholae, labores suos consecratos uelint, et τῆς ἀνευθείας in loquendo, non semper obseruent leges, quorum quidem utrumque, uti putaret, exempla enim loquerentur, fieri posset, *Isag. L. Poster. c. IV. §. 7. p. 660. b.* Zelum denique, ac praepostera nimium consilia et ii quandoque exferunt, qui in docendi subsidium, uel ipsos Laicos, uel sequiorem plane sexum, Apostolo inuito, in contemptum Ministerii, adsciscere gestiunt; de quo *Feustkingius*, in Gynaeeo, *I. A. Schmidius*, in Muliere Heterodoxa, *Matth. Zimmermannus*, de Presbyterissis *Vet. Eccl.* pluribus sunt commentati. *Strabo* namque iam tum foeminas, superstitionis auctores, opinatus est, quae scilicet ad *superuacuos nimiosque Deorum cultus, dies festos, uenerationes, etc.* maritos excitarent, ut, ludente sic *Guid. Patino*, pro nimio in cerimonias ardore, Diuos quasi *S. Trotet, S. Coquet, et S. Babil*, Cursores, Garrulum et Nugiuendum, fuspiciant et uenerentur, *Vid. MAYERVS, de Piet. Vet. Eccl. p. 28. seqq.* REINARDI *Theatr. p. 239.* Sunt, in hoc hominum genere, quae facile saepe ebulliunt, ac mala quidem subito concitant, quae uero, eadem suppressere facilitate, nequeunt, *Euae ipsius, antediluiarum, Esau, Moabiticarum, Mosi ipsius ac Salomonis uxoribus, exemplis, Gen. III, 1. seqq. VI, 2. XXVI, 25. 1. Reg. XI, 1. seqq. Num. XXV. seqq.* Tacendi hic gloria eas nobilitat, *1. Cor. XIV, 34. 35.* Simonis *Helena* Carpocratis *Martellina*, Donati *Lucilla*, Heluidii *Agape*, Priscilliani

20.

21.

19.

22.

18.

17.

16.

liani Galla, Rufini Melania, Amos. Comenii Poniatouia, Poireti Bourignonnia, ne recentiores dicam, quam egregia praestiterint Ecclesiae, constat. Quam Guioniam, quietisticam, aestumauerit Fenelonius, a qua scilicet, uti ipsemet gloriatur, plus, quam ab eruditissimis Doctoribus, didicerit, ut haud dubie, propter hanc, quasi Priscillam, eum nouum dixerit Montanum Bossuetus, in Tr. Mystico celeberr. foem. Guioniae, et IAEGERI, ad eum Animaduers. uidere licet. Γυναῖκας, suis inuocationum uis manentes, nouimus, et ideo laudamus, a quibus uero γυναικάρια Paulus distinguit, 2. Tim. III, 6. et, dari quoque γυναῖκας, τὰς εὐχήμενας, per quas itidem Paulo, Deique Ministris aliis, perfectio imminet saepe, ex Act. XIII, 50. omnino constat.

XI.

Fide sua ac precibus, cum expectatione miraculorum quoque VII) semper et in omnibus, citra promissa specialia, his nostris temporibus, in temporalibus imprimis, niti, ad σφόδρα χριστιανίζοντων ὑπερβολικά itidem referri potest. Absit, ut quorundam fidei insigni et excellenti, una cum testimonio Spiritus, praeiudicare quicquam uelimus, qui ὑπερβολικά hic saltem notamus, quum hominem u. g. dari singularem, artisque quasi peculiaris sacrae, putant, qui in morbis speciatim, precatus, infremuerit spiritu (ἐνεβριμήσατο) quasi, cum Seruatore (Ioh. XI, 33.) certus intrinsece fiat, cum sensu etiam quodam, conualiturum aegrum, definito simul saepe tempore, idque etiam absentibus, litteris, simili quodam miraculis ratione, significet, remotis omnibus, et quasi obstantibus medicamentis. Praedicere eundem quoque mortem, uti in propriae uxoris exemplo, secururam. Prolixius, sub Sucedulii nomine, species facti recensetur, in Dn. FRANKI Anweisung zum Gebet, cum Responso Kiloniensi, p. 15. seq. 17. seq. 20. seq. 30. Simile quoque Iean Thomasen, Holfaticum effertur exemplum, miraculis, et, sine medicamentis, sanationibus celebre; omnia, ex GOODWINI Tr. de Reditu Praecationum, praxi etiam R. Chanina, imo, ipsius Lutheri, τὸ Amen, in corde quasi sentientis, amplius dilucidata, l.c. p. 64.

VII.) Fide sua et precibus, ubique, semper etc. imo miraculis nitentes.

Circa aegros speciatim,

D 3

66. seq.

sine necessaria 66. *seq.* 103. Cauti, in miraculosis et non-promissis, sumus merito, *li-*
prae cautione, cet singularia quaedam diuinae prouidentiae, circa Ecclesiae fata, non
in precibus, reiciamus prorsus; Medicamentorum saltim, in morbis remotionem
 minime probamus; et in temporalibus, imo, spiritualium quoque prae-
 scripto modulò et mensura, cum definito tempore, non semper ex-
 audire Deum, nouimus, pro-conditionata scilicet horum petitione, per
 omnia non consentimus. Eo alibi dilapsus est quorundam furor, ut,
 cum *Aschaffio*, Fanatico Waldeccensi, suis in precibus raptibusque, *Deo*
maledixerint, ni certam quandam animam eriperet, *Histor. Piet. Waldec-*
cent. 1712. p. 13. CATH. GENEVENSIS uero preces, in multis, *Succedu-*
lianis illis omnino erant similes, quibus scilicet *marito*, morituro, *Mar-*
co du Vel miraculose fere, succurrerat, licet XXXV. annorum spatio,
 pro se, gratia dum abundasse, fertur, a Deo nihil petiisset, Vid. *illius*
Liebes-Weg, p. 485. seq. 487. seq. 493. Precibus itaque non indige-
 re amplius, hoc potius ad *clandestinos Pietatis hostes* retuleris, quibus
 Dn. SPENERVS ingemiscit alicubi, atque, uel ob eos, diem anhelat,
 ubi *molesta hac sarcina Ecclesia leuabitur*, ut tandem *tangant Amantem*
Sionis suae lacrimae, et, ad terram pene prostratam domum suam, *felicius*
exsurgere faciat, ac uiuos, ex quibus illa structura excitetur, lapides aptet
 etc. Ah! postea subiicit, *ueniat illa dies! ut fides et pietas iterum in-*
colant, quas fugitiuae deseruere TERRAS! *Consil. Latin. P. III. p. 599.*
circa fidem, seq. Vti precibus, sic fide quoque suauituntur quandoque et confi-
 dentia nimia, sensuali, de qua supra, perceptione, sese decipientes,
 exemplo *Simsonis*, Iud. XVI, 20. *Inuenis*, opinione turgidi, Matth. XIX,
 20. *Petri*, Matth. XXVI, 33. XIV, 29, 30. Solo *crucis signo*, candelis,
 et aqua lustratis, exorcismis, sacris ossibus aliisque, quas uocant, reliquiis,
 subnixae fides, aduersarium, nisi uel sic, fraudulenter cedendo, aliis
 imponere uelit, fugabit nemo: *Certare uix coeperunt*, et *νομίμας* iam
 tum *ἀθλεῖν*, certare sese, multi credunt, 2. Tim. II, 5. *Ἀνταγωνιζομένους*
πρὸς τὴν ἀμαρτίαν se gloriantur; ast *ἔγω μὲχρις αἱματος*, usque ad san-
 guinem, nondum restiterunt, Ebr. XII, 4. *Iam saturati estis*, uti Corin-
 thiis, his acclamare, fas est, *iam ditati estis, sine nobis regnastis, καὶ ἔφε-*
λόν γε ἐβασίλευσατε, utinam uero regnassetis, 1. Cor. IV, 8. Videntur
 hi

hi saepe sibi stare; at, uideant, ne cadant, i. Cor. X, 12. Idem prae- et miracula,
 postere agunt, qui, ad miracula usque, hodiernum quasi *χριστιανίζουσι*,
 modo inter nos, uti Christus et Apostoli, in hostium medio, nec adeo
 in diffinis saltem longissimeque remotis terris, cum Papaeis, ea patrarent,
 et labore defungi difficillimo, opus non haberent, quum, inter Sanctos
 solenniter recipiendum, talia edidisse, probare debent. Deum dare
 miracula adhuc (*Erwunderen amoch*) in peculiaribus, pro pietate, insti-
 tutis; His Deum suum impressisse sigillum etc. loquendi modi notissi-
 mi sunt, quorum probe adhuc recordamur. Nostros seducturi alii,
 pro ueritate Religionis suae, uel obsessorum ori immittere digitos, uel
 uehementiore adhuc tentate et aggredi specimine, receperunt, quos
 uero miraculorum promissores facile mitto. Horum similes male
 excipiebat malignus genius, Act. XIX, 12. seqq. *Parisiina* tamen mul- *si uel Parisina*
 ti moliantur quandoque prodigia, de quibus *la Vie Msr. de Paris, sint.*
Utrecht, 1732, cap. XV. Miraculis diabolicis illa aperte annumerantur, uid.
Lettres sur les Miracles, par Mr. des VOEVX, 1735. p. 239. seqq. cum
Eiusdem Dissert. sur les miracles, que l'on attribue a Mr. Paris, 1732. licet,
 e contrario, pro eorum ueritate MONTGERONI *la Verité de miracles a*
l'intercession de Mr. de Paris etc. 1737. ad carceres usque dixerit, atque
 conuulsiones uel ipse habuerit *Parisius*, et pro ieiunio Spirituali repu-
 tauerit, si, per biennium et ultra, S. Coena abstineret. De ueritate ho-
 rum miraculorum, et quod mirus Sanctus hic nouus, uel fenestrarum
 lapidationibus fuerit delectatus, uid. plura, in ACTIS H. E. Vinar.
 P. IX. p. 510. seqq. A superstitiosis, fortuita et naturales causas saepe
 in prodigia, et omina conuerti, TACITVS iam tum asseruit, *Histor. I.*
3. 3. Et semel religione (Superstitione) obstricto Alexandro, nullam rem
 insolitam et alienam oblatam, tam fuisse exiguam, quam non uerterit in
 PRODIGIUM et OSTENTUM, PLVTARCHVS, in *Vit.*
Alexandr. testis est.

20.

21.

19.

22.

18.

17.

16.

XII.

Vsu quoque saepius uenire solet, ut VIII.) Orthodoxis, quos hodie, VIII.) *In cae-*
 per conuictum quasi, in ludibrium hic et ibi conuertunt, aegre *dium Ortho-*
 factu- *doxorum*
 molientes.

quum acerbis, quod dicunt, trahantur,

Tertulliani exemplo.

Orthodoxia, cum pietate, una lubentissime sedemorat,

facturi, σφόδρα χριστιανίζοντας magis se simulent, quam, quod ingenue ueram intendere pietatem uelint. Accidit quandoque, quod, ita fieri, dolemus, ut in possessione ueritatis quidam, quasi tripudient nimium, ac piae, in uno alteroque, uitae, et moniti Apostolici ipsi obliuiscantur, quo καταρτίζεν ἐν πνεύματι πεποιθώς, restaurare alios spiritu mansuetudinis, debebant, Gal. VI, 1. atque hoc nisi fit, erectis cristis, seductorum stimulis excitati, hoc peruicacius errare pergunt errantes. Tertulliani hoc nostri probant exemplo, de quo CHEMNITIVS; Clericos Romanae Ecclesiae INUIDIA et CONTVMELIIS, eum eo redegisse, ut ad Montani dogma delaberetur, Orat. de Lektion. PP. LL. Theol. praemiss. A. 2. a. DANAEVS in Comment. ad Augustin. de Haeref. c. LXXXVI. datam hanc, a Clericis Romanis, occasionem ita describit, quod Tertullianum, nimis externa illa ieiunii, ciborum abstinentiae et uirginitatis exercitia extollentem et admirantem, SEVERIVS primo TRACTAVERINT, et uelut plane Montanistam, EXCOMMUNICAUERINT, cum haec ille, ex IMMODERATO QUODAM SANCTITATIS ZELO, et regnantis inter multos lasciuiae odio, inprimis commendasset; fusius ea recensentem uid. ZENTGRAFIVM, de Laps. Tertullian. disp. 17. §. 6. licet uaria adhuc, in perutili B. Theologi hoc labore, recidenda, addenda etc. notauerit B. HOFFMANNVS noster, de Tertulliani, quae supersunt, omnibus, in Montanismis scriptis, 1738. §. I. p. 3. Secundum L. E. DV PIN equidem defectionis Tertulliani rationes afferre, nullius antiqui testimonio nixas, diuinare est; T. I. Nou. Biblioth. Autor. Eccles. p. 137. Interim tamen, si per ARNOLDVM res ageretur, Tertullianae defectionis causa, una, cum Montanistarum egregie laudata pietate (quam uero in Montano, ceu execrabilem EVSEBIVS, V. 16. p. 179. seqq. et AVGVSTINVS, de Haeref. cap. LXXXVI. describunt) horrenda inuidia et calumniae Cleri Romani maneret, K. u. K. Histor. P. I. L. II. c. 4. §. 54. p. 779. b. cum pag. 74. seq. Misera sunt consilia, qui ἀχρεῖσι fere sunt, Christianorum: Rectam teneo doctrinam; E. pietatem auerfor. Et postea: Pietatem sector E. orthodoxos mitto. Ἐπίγνωσις certe nostra κατ' εὐσεβείαν est; Tit. I, 1. et in DANNHAVERI iudicio omnino

ac-

acquiescimus: *Versipellis ille spiritus in omnia extrema fertur. Cum polemica ardent, friget pietas. Cum haec incalescit, ac ad entusiasmos inclinatur, illa proscribitur, Myster. Syncret. Sect. III, n. XXXI. Falso eognitum, κακογνώμονες bene recteque colere non possunt. Idem Deus Deus est, qui et intelligi, quod est sapientiae, et honorari debet, quod est religionis; sed sapientia praecedat, religio sequitur, LACTANTIVS ait, Lib. IV. Instit. c.4. Falsus est ROSENBACH, et per quem ille loquitur, scriptoris, aphorismus, wenns zum Krafft-Christenthume kaeme, da HOERTE alle Schul-Orthodoxie und Sprach-Licht AVF, Adresse contra Storrium, p.35. 40. Insigne adeo discrimen inter Christianismum et Orthodoxiam, quod tamen CHRIST. OBADIAS putat, in peculiari seripto, 1706. non est, quo minus verus Christianismus, ceu latius quid, orthodoxiam continere possit. Male enim SEIZIVS: *Es koenne wahre Froemmgkeit seyn, wenn auch die wahre Lehre fehle, Christi Kirche, kein Welt Reich, p. 95. Tristius adhuc, ad abundantiam alias ὁ χριστιανισμὸς, FENELONIVS, uel, libri potius, Oeuvres spirituelles de Fenelon, Editor, 1738. auertissem. sic ueritatem agnouisse Fenelonium, ut agnitam, uel IPSAM, damnauerit, utpote qui SVMMVS sit RESIGNATIONIS gradus. Vides, quam praeposterum suboritur χριστιανισμὸς, Orthodoxia temere contempta, quod hoc infelicius moliuntur illi, quo ἀπιστία quandoque maiori simul, aut opinione nimis radicata, laborant. Fuere, quondam, qui pro absolute quasi necessario habebant, in lecto demum emortuali, aut plane in Iordano, Christi lauacro sanctificato, baptizari; ante baptismum, uelato, post illum uero, aperto capite incedere; in uestibus religiosorum, quos uocant, sepeliri; H. STEPHANI Annot. in Euf. L. IV. de Vit. Constant. c. 62. p. 252. seq. SOCRATES, l. 39. p. 75. 76. Ast, parum hi pietatis excessus prudentiae conueniunt Christianae, Matth. X, 16. iustis libris, ab Urb. Rhegio, Keslero, Fabricio, Vedelio, commendatae, ut potius, modo in spiritualem stoliditatem, Rom. I, 22. modo in uersutiam, Matth. XXII, 15. X, 25. Ioh. XI, 47. degenerent. Notat hinc SOCRATES uel ipsum quoque Chrysostomum, quod, διὰ ὀρθότητάς, ob probitatem uitae, non satis prudenter (ἐκ ἀσφαλῆς) expendere**

Christianismus enim Orthodoxiam contineat,

missis uanae pietatis operibus,

E

rit

20.

21.

19.

22.

18.

17.

16.

si bona quo-
que Intentio
adest.

rit futura; VI, 3. p. 303. nec minus Epiphanium, quod δι' ὑπερβάλλου-
σαν εὐλάβειαν, ob nimiam quasi pietatem, summa morum simplicitate
praeditus, Theophili litteris facile inductus sit, VI. 10. p. 315. Sola hinc,
quam praetendunt nonnulli, bona intentio, non sufficit prorsus, nisi,
in modo, simul prudenter agas, licitisque ac convenientibus simul me-
diis utaris; in quo Chrysostomus quoque, δι' ἀπλότητα εὐχεσθῆς, ni-
mium, ob simplicitatem, facilis, uapulat, quod modo uidimus, SOCRATI,
l. c. VI. 3. p. 303. Conf. sub B. NEVMANNO, de bona In-
tentione, Sectariorum Asylo, a Dn. Geydero, 1706. hab. Disputat. §. XX.
seqq. XXX. seqq. XXXV. Nos cum AVGVSTINO sentimus: Ea,
quae constat, esse peccata, nullo bonae causae OBTENTV, nullo quasi
bono FINE, nulla uelut bona INTENTIONE facienda sunt, de
Mendac. cap. VII. cui B. concinit LVTHERSVS: Nihil est bona
INTENTIO, nisi, quae regitur uerbo Dei, et quae a fide incipit, re-
liqua, etiam in specie optima, fallunt, et uel maxime nocent, Tom. Ien.
Lat. III. f. 237. a. b. id quod, contra alios, bono animo, uel Socinianos
errare, existimantes, quod de Doctoribus eorum non ualet, cum Sata-
nae intentio subfit, quae bona nunquam est, et uerum equidem malo,
Phil. I, 18. malum uero nunquam, bono animo propaletur, solide edo-
cuit S. R. Dn. LOESCHERSVS, Praenot. p. 207. seq.

XIII.

X.) Alto fa-
ctu turgidi.
Hi scilicet

plurima mo-
biuntur me-
tuenda,

Alto quoque X.) factu turgidi, ὑπερφρονῶντες παρ' ὃ δὲ φρονεῖν,
Rom. XII, 3. quod uariis indiciis produnt, iis, qui σφόδρα χειρῆσ-
νίζουσι, cum excessu, merito itidem annumerantur. Omnia hinc iis
fordent, nouam moliantur, cum Lutheri, et purioris doctrinae contem-
tu, reformationem, quae modica saltim (ziemlich) fuerit olim, noua
opus esse conuersione. Libertinismum ea saepius produnt, Superiorum
Ordinationibus contrarium, Ecclesiolarum studium in Ecclesia, Per-
fectissimum, et Seculum reuelationis maius. Nulla Imperii religio est,
cui, sic sentientes, non sint immisti; et ubique adeo innouare gestiunt,
ut quidam de quarta quadam intenta Religione sibi metuant. Res
primum piis agebatur desiderijs; postea, cum Boehmio, Weigelio, Labba-
dio

20.

21.

19.

18.

17.

16.

dio etc. contra Ecclesiae Ordinationes insurgentibus; donec denique in-
differentissima fere imminerent ubique, haeretificationis inculpatione,
odium in Theologiam, quam uocabant Scholasticam, in Articulos Fidei,
Symbola, Systemata. De prolapsione in Ecclesia quiritatus fuerat Io.
Quistorpius, filius, in desideriis piis, ratione uitae, et praxeos Ecclesiae
Veteris, in multis, in quo, excepta semper doctrina, Reiserus, Spene-
rus, Kortholdus, alii, similia dixerant. Ast, nostris postea temporibus,
et in doctrina et dogmaticis, emendationi infelicissime inhiarunt, pro-
terue sic admodum *χριστιανίζοντες*. Certe, de uitae improbitate, nullo
non seculo, quaerelae frequentissimae prostant, Lutheri etiam ipsius, ut
hinc uel abire prorsus aliquando uellet; et, ex Draconitis aliquot Pro-
tocollorum Tomis, ab A. 1565. Fechtius, nostris, tum multo peiora tem-
pora legit. Doctrina, per Deum seruata, ratione uitae, Statuum mo-
deratores emendant, arguunt, minantur, animaduertunt quotidie, ut,
maiori cum reuerentia, de *Luthero* sentiri oporteat, *eum saltem ex parte*
(ziemlich) emendasse; uetus aedificium mutans, prorsus diruendum, nouum
que a Deo, hic, exstruendum esse, rectius multo existimante Luthero: Es
wird doch nichts draus, dass man solte alle Welt from machen, so wenig,
als den Teufel, der ihr Herr und Gott ist, T. VII. Alt. p. 157. Qui pharisaice hic
multi crepant, ὑπερβολικῶς admodum haud dubie itidem χριστιανίζουσι,
iniquissime se efferentes, alios contra deprimentes, quicquid in contrari-
um Scriptura praecipiat, Luc. XIX, 9. seqq. Rom. XII, 3. 16. 1. Cor. IV, 7.
Phil. II, 6. 2. Cor. XII, 6. 17. quae ὑπερήφανα eiusmodi τέκνα, *superbiam*
Hesiodi prolem, caput quasi ad sidera usque, cum Titanibus, Saturni
fratribus, efferentem, odio prosequitur et detestatur. Instruit eius mo-
di spirituali fastu turgentem, grauius, et deinceps uehementer tenta-
tum, iterum erigit Dn. D. SPENERVS, *Theol. Bedenck. P. II. c. V.*
Art. 2 Sect. 23. 24. p. 795. seqq. 799. seqq. Τί ἐτι ὑσερῶ; pro Symbolo
utuntur, quorum cura uel una est, πάντα τὰ ἔργα αὐτῶν ποιεῖν πρὸς
τὸ θεατῆναι τοῖς ἀνθρώποις, Matth. XIX, 20. XXIII, 5. qui GREG.
NAZIANZENO εὐσεβείας πλάσμα καὶ ἕψιν περιχρῶσαντες, *pieta-*
tis quendam fucum speciemque sibi allinentes, dicuntur; erat enim, secun-
dum Drusium et Wagenseilium, inter septem Pharisaeorum ordines,
E 2 *Pha-*

lapsus quiri-
tantur Chri-
stianismum,

melioem, Lu-
therana, re-
formationem
postulantes,

pharisaica
mentis eleua-
tione,



qua irrepre-
bensibiles esse
uolunt,

non sine in-
conuenienti-
bus plurimis;

Pharisaeus quoque Sichemita, qui omnia ad gloriam referebat, ut ab hominibus honore afficiatur, de Deo nihil sollicitus, quo factum, ut iis ἐθελοπεποισθησεν, tribuerit merito EPIPHANIVS, *aduers. Haeres. Spectatim, Pharisaeos, T. I. OO. p. 34.* Somnia hinc, et ea ne suauia quidem, sunt, si cum ARNOLDO sentias, *man koenne allhie, nach der Gerechtigkeit unstraeflich werden, und die erste Vnschuld Adams WIEDERERLANGEN, das man nichts anders redete und thaete, als was mit Gottes heiligem Sinn überein kaeme, Verklaer. Christi in der Seele, p. 751.* Eo, in hoc fastu, progrediuntur nonnulli, ut uel ad ineptias res uenerit, et Hieronymus iam tum, ἀπάθειαν statuere, haeresin Pythagorae dixerit et Zenonis, quae postea stolidiora fiebant subinde, cum ex Ipseitate quasi (non der Selbheit und Eigenheit) in excessum et silentium mysticum (in die Abgeschlossenheit und Gelassenheit) contenderent, COLBERG. *H. P. C. P. I. c. I. p. 6. p. 106.* Alii, cum Aloysio Gonzaga, liberi ab omni peccato proaereticis, imo, a ueniali quoque, uiuere uoluerunt, ut Confessionarius inueniret in iis, ut Iahnia Halberstadiensis sibi persuadebat, nihil, a quo debuerint potuerintque absolui, ACTA Aloys. Gonzaga, 1706. p. 126. 161. Conf. ANONYMI der sich selbst prostituirende Democritus, p. 160. Cum Guilielmina Boëma, sub finem Seculi XIII. pro Spiritu S. in sexu foemineo incarnato, se uendit, praestigiatrix exhumatur tandem, eiusque cadauer concrematur, uid. ex Mabillon I Museo, I AEGE-RVS, in Exam. Theol. Nou. Controuers. IX. p. 176. seq. Si libellum, Wunder-Leben der ARMELLE NICLAS, Ratisbon. 1708. percurras, inaudies, eiusmodi amoris ignem eam sensisse, quo comburi totius mundi animae potuissent; p. 263. omnes in ea passiones fuisse extinctas; p. 225. imo, nihil fuisse in ea amplius EMENDABILE, p. 240. Adeo perfectum fieri posse hominem, B. P. KARL existimat, ut non pro se, sed saltim pro aliis, quintam orare petitionem, necesse habeat, Carechismus-Gespraech, p. 30. seqq. Mysticorum quoque naenias ARNOLDVS probat, das selbige den aeufersten Grad der Ertaetung und Enthaltung -- imo, solche erfoderten, die zu einer uollkommenen Erkaentnis aufstiegen, Hist. Beschreib. der Myst. Theol. c. IV. S. 4. p. 51. seq. Pontificiorum foscucos, interprete FRANC. LABBATA, uel solo, uix attingam, B. O. homi-

*Amo, ἀποθίω- quorsum tamen superbiae spiritus contendit, dicam, u. g. Christianos
 siv affectant.* habere DIVINAM prorsus ESSENTIAM; Iean de LABBADIE
Begriff des wahren Christenth. p. 133. cum Deo nos COMMISCERI,
et in Deum TRANSFORMARI; GVIONIAE Erklar. des Ho-
henlied. p. 257. emanasse animam EX Deo, et IN eum refuere iterum, ala-
tam, imo, DEVM FIERI in Deificatione et Christificatione, COLBERGI
I. c. P. I. p. 5. 17. 101. ne David, Georgii stupenda addam, I. c. P. I. p. 356.
BVCHER. I. c. p. 597. seqq. IAEGÉR. Exam. Theol. Nou. Controu.
VII. p. 119. ARNOLD. Beschreib. der Myst. Theol. c. IX. p. 234. seqq. ex
instituto uero B. NEVMANN. ἀποθίωσ. Fanat. 1706. Plura desti-
naueram de μαρτυρομανύτων, salutis media spernentium, se separan-
tium et conuitiis tamen, uel solis, concertantium, fastu, et quae cum his
connexa sunt, commemorare, in quibus itidem σφόδρα χριστιανίζόντων,
cum excessu, se iactat audacia; spatii uero nos nunc monet angustia,
ut alii occasione haec referemus.

XIV.

XI.) qui, par- **H**is saltim, quos dixi XI.) exerte adhuc addere licebit eos, quorum
tim, in SS. excedens admodum in Sanctos demortuos solet esse pietas, qui-
demortuos que de *Charitate* hodie saepe loquuntur ita, ut in Seruatoris ea ac fidei
sunt nimii, dehonestamenta aperte uergant. De priori hoc parcius dici a me
indiscreti ho- *lio Titulari, itemque, de Iuramento per Sanctos, antea euolui. Indiscretos*
rum saepius quidam hic deprehendunt cultores, Sanctorum horum monitis uel
cultores, ipsis, corrigendos. Vnus audiatur tantum, mera ὑπερβολικά loquens,
antiqui iuxta, FRANC. LABBATA: *Mariae nomen fuisse impositum SICVT no-*
men Iesu; dici etiam posse, quod Mariae nomen sit mel in ore, melos in au-
re, iubilus in corde; coelitus id nobis esse datum, ut eo uirginem INVO-
CEMVS, et uel illud saltim proferendo, leuamen sentiamus; Sanctorum
aliorum reliquias nobis IN PATROCINIVM esse relictas; Mariae
corporis uero nullas, quia tanto bono mundus non sit dignus; nec dignum
esse coelum, tanto bono priuari, reliquiarum uice, NOMEN Mariae esse
relictum, ut, illo INVOCATO, per illud consolationem reciperemus,
 Thesaur.

Theſaur. Moral. T. II. p. 13. a. Paſtor ille Muchauienſis, quod Proto-
collum Viſitationis Megapolitanae teſtatur, de A. 1534. *parum curat, ſi*
peccator, peruicax etiam, per Chriſtum, IANVAM, coelum intrare
nequeat: Poſſe enim ingredi, per Mariam FENESTRAM, uid. SCHO-
MERI Colleg. Anti-Pontif. A. 1733. Sect. II. §. 27. Alii, cum PELL-
WARTO de TEMESWAR, angelos negant, Mariae datos eſſe, ad
custodiam, quia ſcilicet eidem ipſe Deus a ſeruitio fuiſſet, in Stellario B.
Virginis, L. V. P. II. Art. 1. Non molliores recentiorum quorundam
sunt ſententiae, u. g. Es ſey kein anderer Eingang in Himmcl, als durch
Mariam zu finden, AVCTOR des goeldenen Schliſſels, Amberg 1718.
A. 4. Quis ſua ad Sanctos iterata non ferat ſuſpiria? Dicuntur enim
REFVGE des pecheurs; Dame d' honneur des Vierges; tres fideles
COOPERATEVRS de Myſtere de l' incarnation; tres uiſſans pour
nous ſecurir, dans les perils de la uie, et a l' HEVRE DE LA MORT,
cum clauſula: Priez pour nous etc. Vid. Heures dediées a Mad. la Du-
cheſſe d'Orleans a Paris, A. 1695. Plura ſunt, quae cum conuitio in Lu-
therum, Haereticorum uti uocat, Principem, euomuit FRANC. LAB-
BATA, l. c. quos, potiores ſaltim, circa Sanctiſſimos Coelites, exceſſus,
ſub prolixiſſimo, de Maria, Articulo, p. 17. b. 56. a. ſeqq. 73. ſeqq. 99. ſeqq.
afferre taedet. Hoc mihi ſaltim reticendum non eſt, ita dilectionem
Dei, in homine actiuam efferri hodie a quibusdam, ut σφoδρα χριςτι-
ανιζόντων, et quidem υπερβολικων, ſocietati et numero uelideo debe-
ant annumerari. Das innere Weſen des Chriſtenthums beſtehe BLOS
in der LIEBE Gottes und des Nechſten, Bernh. Petr. KARLI Ortho-
doxia eſt, Catechiſm. Geſpraech. Praef. VNIMVR cum Chriſto, non
tantum per fidem, ſed etiam PER AMOREM (Eph. III, 17. illud non
infert, cum amor hic Dei actiuus, in ſtatu iuſticatorum potius agat,
Vid. Ioh. XV, 4. 5. 9.) M. BERNDI Sitten-Lehre T. III. p. 43. ſeqq.
Quorſum et communia multorum quaedam enormia, de Charitate dicta,
tendunt, u. g. Charitas eſt uia ad coelum; Charitas ualorem noſtris operi-
bis confert; Charitas nos Deo amicos facit; Charitas nos Deo unit; Cha-
ritas ſinis Religionis eſt, LABBATA, l. c. T. I. p. 440. ſeqq. 10. de
ALOZA Flores Summarum, ſ. Alphab. Mer. p. 86. Quam uellem, recen-
tiora

et recentio-
respartim nimis
um tribuunt
dilectioniFanaticorum
ſcilicet ami-
ci,

et antiqui,

et recentiores,

20.

21.

19.

18.

17.

16.

tiora quaedam non esse simul hic accusanda, u. g. die LIEBE bringe Christum ins Herz; die Liebe KNÖPFT so Kraefftig AN, das kein Todt ZERREISSEN kann, HERRENHVITISCH *Gesang-B. p. 128. nr. 138. u. 8.* quorum, et prius, et posterius, falsum est: ibi enim, Paulus fidem ponit; Eph. III, 17. hic uero, amissibilis utique iterum unio est, uid. S. R. CARPZOVI *Heiligung des abgesond. Volcks Gottes, p. 42.* Plures Herrnhutensium flosculos nunc non attendam: Der Glaube und DESSELBEN FRÜCHTE koennten in Christo GÜLTIG seyn. Niemand wird VERGEBUNG FINDEN; der nicht ABSTIRBT allen SVNDEN; ut plura absona mittam, u. g. man müsse Gott ZV TODTE LIEBEN. Ich (Christus ad Sponsam) habe dir eins zugetruncken, liebste mich, so thu Bescheid. It. von Christi LIEBES-RASEN, uid. M. HAENZSCHELI *Anmerck. übers Herrnhut. Gesang-B. p. 8. seq. 51. 53. 38.* et inprimis S. R. CARPZOVI recentissima contra Herrnhutensium Apolog. passim. Quam nollemus in nota, de *Analogia Fidei*, disputatione, p. 8. scriptum legi: Fides, per charitatem efficax, SEV AMOR etc. quae, et alia, B. EDZARDVS, in *Behauptung des Art. von der Rechtfert.* notauit, conf. quoque BREITHAVPTI *Disp. de Nexu Communion. p. 27. et 32.* Alibi amor hominis actiuus dicitur sequi fidem, IN QUANTVM haec saluifica est -- charitatem dari, ad RADICANDAM VNIONEM, BREITHAVPTI *Epist. Apolog. Disp. de Form. San. Verbor. p. 4.* Quis ἀρεσιβείας uel modice studiosus hanc thesin ferat: der Mensch koenne unmoeglich mit Gott eine VEREINIGUNG treffen, als DV RCH die TVGEND? quorsum tamen SYRBI ausführlich. *Absfertig.* pro Dno. Buddeo, tendit. Speciali itaque *Recessu Eslingenfi*, sub. XXIV. Iun. 1709. reprimenda insolita erat opinio, Charitatem esse ANIMAM fidei; Fidem contra potius esse ANIMAM charitatis; Num. IX. secus, quam C. VITRINGA existimat, die Liebe sey das eigentliche HAVPT-PRINCIPIVM des geistlichen LEBENS, Fürbild der wahr. Gottseeligkeit, Praef. Quorsum et phrasae tendunt: der Glaube ist der ERSTE Funcke des geistl. LEBENS (ut amor adeo haud dubie huius flammam et incendium facturus sit) der Glaube wird von der HEILIGUNG LEBENDIG, quem inuersum ordinem iam

numero, band
pau.

iam notatimus supra, uid. NOV-ANTIQ. 1711. p. 341. FELGENHAV-
 ERI sic multi premunt uestigia, cui *Summa totius Catechismi* nihil
 aliud est, quam AMOR; hanc VNICAM esse doctrinae SVM-
 MAM, pro Christianis, Iudaeis, Turcis, aut gentilibus, in Informator.
 Catech. Praef. p. 6. Semel B. ARNDIVS, in concione quadam Pen-
 tecostali, dixerat, unionem cum Deo fieri PER AMOREM; at, alibi
 mentem rectius exposuerat, quod adeo pro iis, quos supra dixi, alle-
 gari debebat minime, uid. Hieron. BAH. *Arndius Anti-Piet.* p. 73.
 §. 17. Nimium proinde in his omnibus, imo, et tum de amore spe-
 rares, si uitam inde et efficaciam notitiae tuae in sacris sperare, atque
 sic existimare uelles, *notitiam spiritualem FIERI uiuam et efficacem, si*
affectus tristitiae, gaudii, etc. in animo excitarentur, et quando motus in
certas ACTIONES erumperent, Dn. RAMBACHI Theol. Moral.
MSt. p. 12. seq. Nimium sperares quoque, si phrasas mysticas, impu-
 ras utique: *Durch eine würrkliche und brünstige LIEBE Gott erken-*
nen, in einer KLAREN DVNCKELHEIT, da das Gemüth OHNE
ALLES MITTEL, aufs allerbrünstigste durch aufsteigende AVS-
STRECKVNG seiner Begierden, würrklich in den GELIEBTEN
EINDRINGE, AVSSER alle BILDLICHKEIT, oder VER-
NVNFFT, das durch Vereinigung der brünstigen LIEBE empfinde,
was es mit dem VERSTANDE nicht fassen kan, si, inquam, has phra-
ses et similes, habemus pro iis, quae insignes, non uulgares, a depressio-
ribus (niedrigen Arten) distinctae sint, et in mystica schola non uersatis,
pro incomprehensibilibus habeantur, ARNOLD. Histor. der Mystisch.
Theol. c. V. §. 10. p. 88.

XV.

Plura υπερβολικῶς σφόδρα χριστιανικῶν exempla, qui u. g. cum *per plures es-*
pietate, charitatem longe praeferrunt Veritati; illam pro Religionis, sent, cum an-
fidei et salutis mediorum fundamento; pro medio salutis ipso; pro, ad teccedentibus
essentiam salutis mediorum pertinente, atque sic utique, in eadem influente; adhuc iun-
pro Ecclesiae infallibili nota, signo et radice etc. habere ac proclamare gendi;
 F solent;

20.

21.

19.

22.

18.

17.

16.

solent; qui in *Adiaphoris* Christianae libertati et conscientis afflictis parum tribuunt; qui μαρτυρομανέντων classi se ingerunt; uel, qui *Separatismo* clanculum dediti, abdita saltem quaerunt, Ministerii pertaesi; uel denique *Religionem* quandam peculiarem, *Pietatis* nempe, cum *Augustino Fuhrmanno*, et aliis, confingunt. Horum, inquam, omnium, pluriumque exempla poterant adhuc proferrī, ut solidae saltem ac uerae, ueritatisque minime inimicae Pietati suum hoc rectius pretium statui et in tuto locari posset. Ast, spatium, Respondenti nostro destinatum, monet, ut portum, demissis uelis, prospiciamus, et serio cogitemus. Vnicum est, quod pro solatio sibi sumere σφόδρα, sed tamen nimium simul, uti dictum est, χριστιανίζοντες, possent, Paulinum scilicet illud: εἴτε γὰρ ἐξέσημεν θεῷ etc. quod Lutherus reddit: Denn, THVN wir ZV VIEL, so thun wirs Gott etc. Exuersione Er. Schmidii: siue insanimus, Deo: (insanimus) Siue sani sumus, nobis (sani sumus) Seb. Schmidii: Siue enim excedimus, Deo: (facimus) siue modeste agimus, propter nos. Sed, parum huc confugientium causae accedet, dum Paulus, qualem in officio se praestet, coram Corinthiis exponit. Futura, suis recolenda, iudicium speciatim, secundum opera futurum, sistit, v. 1. ad. 11. hinc, quanta saepe cum suauitate, Deo suos adducere gessit, v. 11. 12. eloquitur, cum contra pseudapostoli conscientis dominentur, Rom. XIV, 1. 20. 1. Cor. IIX, 12. X, 25. Col. II, 16. insipienter agant, in seruitutem redigant, in faciem uerberent etc. 2. Cor. XI, 19. seqq. Si uero sint, qui existimant, humano errore, quem piorum nemo approbat, nimium fecere Paulum (uti et ἀκαίρως monere quandoque ministros, nonnulli dicere, 2. Tim. IV, 2.) ut insanire uideatur; iis se minime moueri, Deo namque in honorem, haec sese operari, v. 13. amorem Christi se suosque coarctare, v. 14. ut Corinthii magis Christo uiuant; v. 15. nullius se reformidare auctoritatem v. 16. modo noua illi

Nunc nobis
non obstat
2. Cor. V, 13.

longe enim
aliter Paulus
intendit.

illi creatura in Christo reperiantur etc. v. 17. Hic nullam obseruo, ad ὑπερβολικῶς christianisandum, uel commonitionem, uel exemplum. Paulum Christi amor excusabat, si quibusdam etiam, pro gloria Dei et auditorum salute, diuino suo cum primis zelo et castigationibus, nimium agere uideretur. *Insanias* accusari a malis (ob ἐκστάσεις speciatim eum hic coargui, secundum *Grotium*, *Erasmum*, *Vatablum*, *Heinsium*, uid. etiam *SCHOETTGEN. Hor. Hebr. Talm. p. 703.* et *CAR. le CENE in Projet. d' une nouvelle uersion, p. 528.* textus nullo indicio prodit, et contra haec se alibi, 2. Cor. XII, 1. seqq. Apostolus defendit) Paulo et alias haud graue erat; Act. XXVI, 24. ne de Seruatore dicam, similia passio, Marc. III, 21. cum Apostolis reliquis, Act. II, 13. et V. T. fidelibus, 1. Sam. II, 13. 14. 2. Reg. IX, 11. Varias sunt, quas ad h. l. *Theophylactus* et *Oecumenius* recensent, sententias;

de ἐκστάσει uero σφόδρα χριστιανίζόντων ὑπερβολικῆ
nihil quicquam commemorarunt.

S. D. G.



NOBL-

20.

21.

19.

18.

17.

16.

NOBILISSIMO DOCTISSIMOQVE
RESPONDENTI
ET
AUDITORI SVO
S. P. D.
P R A E S E S.



ono mentis consilio factum est, quod, sublimiori nutu adductus, magnum mansurumque cogitabas decus, ex familia et gente, quae Ordinibus, quos Pontificii uocant, innexum erat, nostro puriori Coetui accedere, ibidemque secura magis animi tranquillitate frui. Amplius ad dicendum locus mihi pateret, si diuina tecum uestigia, in reducenda errante et balante
oui-

ouicula, lustrare uellem. Matris, Sacris
 antea nostris addictae, dolosis uero ma-
 riti artibus, Lutheranae Societati ere-
 ptae, dum uiueret, haud dubie praeua-
 luere preces, ut, superata, quam nunc
 euasisti, caligine, plena Euangelii luce
 collustrareris, et, quod suo demtum
 fuerat Ecclesiae nostrati, exemplo, red-
 deretur in filio. Ventris et deliciarum
 causa, huc commigrare non poteras,
 sed potius, a Deo et ueritate arreptus,
 cui, plene conuictus, non amplius
 poteras repugnare, si uel, quod asseue-
 ras, durissima quaeuis, imo, uel ipsa
 quoque mors tibi sit subeunda. Vi-
 tae hinc quoque exprimere anniteris
 exemplo, quae animo salutaris illa re-
 ductionis gratia instillauit, pietatem
 namque nosti adeo, in Coetu diuinio-
 re

20.

21.

19.


18.

17.

16.


re nostro, non exulare, ut potius do-
ctrinae haec uerae laetissima leges, no-
bile Euangelico-Lutherani agelli se-
men feliciter prodat. Quā coepisti
saltim, industria et assiduitate, et in re-
citationibus quotidianis, nobis, et bis
pro Cathedra publice respondendo,
aliis probata, intrepide perges, Sum-
morum suffultus auxilio, nihil despe-
rans, confisus potius in Domino, qui
tibi, quem sumfisti, fortitudinis, et
constantiae animum, seruabit, ne ullo
tempore confundaris. Vitember-
gae, d. XI. Nouembr.


clb lb cc xxx.





Index.


- 1.) Jo. Dav. Muller de Rebus duarum Tribuum Regni Judaici adversis.
- 2.) Cr. Sim. Henr. a Seelen (J. P. P. Th. Carporii) de Jejuniis Sabbathicis.
- 3.) Joh. Sam. Bertheus de Connubiis ditiu sponsaliticis ap. Ebraeos aliosq.
- 4.) Sac. And. Bauriedel (J. P. P. A. M. Nageli) de Contractu quosdam Judaice contentis & conditionis.
- 5.) Gottl. Haklius de Aetate qua ap. Ebraeos & Christianos vet. sacra auspiciari munera moris fuit.
- 6.) Georg. Henr. Martini de Puris in vet. Christ. Sacris usu.
- 7.) Ern. Frid. Wernsdorffius de Quinquagesima Paschali.
- 8.) Christ. Clavius de Die Parasceves, vulgo Huis-fragtoug.
- 9.) Joach. Hildebrandi Libellus de Nuptiis veterum Christianorum.
- 10.) Jo. Christ. Wernsdorf de Vera ratione Egorismorum vet. Ecclesie.
- 11.) Sam. Florent Rivinus de Professoribus vet. Ecclesie Martyribus.
- 12.) Frid. Guil. Ellenberger (J. P. S. T. Baumgarten) de Martyriis Christianis variisq. circa eadem notandis.
- 13.) Joh. Adolph Hartmanni Vita Innocentii IV. Pontificis Romani.
- 14.) Jo. And. Hübnor (J. P. S. T. Baumgarten) de Abusu Locutionum Anthropopathicarum.
- 15.) Christoph. Henr. Feibichii Ἡ ἑὸς ἁγιογραφία ἁπλοῦς καὶ ἁπλοῦς ἁπλοῦς.
- 16.) Sac. Wilh. Feuerlinus de Studio Scripturae S. per Doctoratu Theologiae stabilito & propagato.
- 17.) Joh. Gottl. Bospek Memoria Frederici Myconii.
- 18.) Alexi de B. de Pesora Epistola Pastoralis Trauthsoniana cum Observationibus.
- 19.) Jo. Sac. Bofius de Carmelo Monte & Deo in Taciti & Suetonii locos.
- 20.) Georg. Christ. Ebbecke de Socrate mortem minus fortiter subeunte.
- 21.) Sac. Frid. Heusingerius Brevis descriptio Codicis M. S. qui Aiacem & Electram Sophoclis continet & in easdem Tragoedias observationum specimen.
- 22.) Jo. Adolph. Falckius de Formula qua Veteres defunctis Terram optabant levem.













XI. 3. 1. 7.





20.

21.

* * *

trumque pluribus refellit MENDOZA. 8) Basili-
 raeum fuisse ex SVETONIO difficillime probabit,
 imento, quod cum Iosepho, captiuo Ebraeo, illum
 SVETONIVS enim illo in loco praesagia et uat-
 et, quae Vespasiano imperium praedixerunt, non
 gitauit, quando oraculum Dei Carmeli et Iose-
 iunxit, utrumque ex gente Iudaea esse deriuauit
 locus, ad quem etiam prouocat, huic opinioni
 addet, quod etiam pluribus exposuit, OROSIVM
 tendat, DONATVMQUE notauit MENDOZA d. l. §.
 His fundamentis quum DONATI innixa sit conie-
 Carmelum fuisse uerum Deum, cui Ebraei in hoc
 um obtulerint et habuerint reuerentiam, satis su-
 colligi, quantum pretii sit statuendum illis uer-
 e magis pie quam uere addit, unde ipsius opinio
 ur, sed potius dubia redditur.

§. VIII.

de Deo Carmelo sentiunt Carmelitarum ordini *Carmelita-*
 umque Deum intelligunt. Quamuis uero illi *rum argu-*
 ium positum esse credant, et omnes, qui non *menta ex-*
 imnent, et haerefeos insimulent, nobis tamen *cutiuntur.*
 ilentis pugnare uidentur argumentis. Prouocant
 rarum potissimum prophetarum monimenta, v. c.
 Mich. VII, 14. ex quibus patere credunt, Carmeli
 Deum designari. h) Qui uero hos propheta-
 considerabit, sub symbolo quidem Carmeli, mon-
 is, deprehendet gratiam Dei tempore N. F. pro-
 ero de eo, Carmel designare uerum Deum Israe-
 urgent, quod expresse a TACITO memoretur, non
 o aut templum in hoc monte fuisse, uerum au-
 simulacro et effigie, quod ipse olim uetabat, ef-
 entium Deos omnes sub imagine fuisse honora-
 ed huic dubio iam aliqua ex parte satisfecit lau-
 ZA §. X. ex TACITO, SILIO ITALICO et aliis
 ens etiam antiquissimis temporibus gentilibus in
 more

XVIII. p. 30.
 OZAE examen §. VII. sq.

